GEORGII BEYERI, I. V. D.
PANDECTARVM IN ACADEMIA VITEMBERGENSI P. P. ET
DICASTERIORVM, QVÆ IBI FLORENT, ASSESSORIS,

DELINEATIO
IVRIS CRIMINALIS
SECVNDVM
CONSTITVTIONEM CAROLINAM
CVM LEGIBVS VARIARVM PROVINCIARVM COLLATI
ET AD VSVM HODIERNVM ADTEMPERATI,
POSITIONIBVS
SVCCINCTIS COMPREHENSA
ET TEXTV AVTHENTICO, SCHOLIIS ATQVE INDICIBVS INSTRUCTA.

LIPSIÆ,
Impensis JOANNIS FRIDERICI BRAVNII. A. R. S. cIↃ IↃ CC XIV

ILLVSTRI ET GENEROSISSIMO
DOMINO
JOANNI GEORGIO
A PONICKAV,
DYNASTÆ IN POHLE, SCHONBVRN ET OPITZ,
S. REG. POLON. MAJ. ET
SER. EN. ELECT. SAXON.
IN SENATV ECCLESIASTICO ET CONSISTORIO SVPREMO
PRÆSIDI,
SIMVL IN AVLÆ, JVSTITIÆ, ET
APPELLATIONVM SENATIBVS
CONSILIARIO,
DOMINO SVO SVBMISSE COLENDO
S.

QUæ hucusque mihi fuit, Proceribus scripta mea, aliorumque a me edita, dedicandi, eadem & jam ratio est, cur ILLVSTRE NOMEN TVVM his in Nemesin Carolinam commentatiunculis præmittere mecum constituerim, ut iis, quibus Rex Augustissimus Academiarum Curam demandavit, rationes vitæ, quam Vitembergæ in statione sat ampla, beneficio S. Reg. Maj. transigo, reddam. Ne itaque scripti tenuitate TVA EXCELLENTIA offendatur, deprecor tanto majori cum fiducia, quod commentationes exhibeam cathedrarias, quæ a brevitate imprimis commendantur. Noxius profecto error est, juvenum animos innumerarum conclusionum farragine onerare, insuper habitis principiis, ex quibus conclusiones prono & recto alveo fluunt. Principia vero pauca sunt, unde plurimæ decisiones, haud secus, ac rami & frondes ex unico stipite, progerminant. Equidem cuique regulæ suas esse exceptiones non diffiteor: at inutilis subtilestæque fidei regula est, quæ plures limitationes & exceptiones, quam exempla & conclusiones admittit. Neque impingimus in regulas interpretandi, autoritatemve legislatoriam nobis arrogamus, quando re-

regulam receptam ejicimus, nõvamque efformamus; Lex voluntati scripta est, & obsequium poscit: Regula intellectui subvenit, neque legem mutat, sed ejus rationem exprimit, aliis aliisque legibus non minus accommodandam. Ex quibus satis produntur ineptiæ vulgaris terriculamenti de regulis & definitionibus publice traditis non mutandis, ne autoritas juris & obedientia Principibus debita violetur. His vero præstructis brevitas imprimis labores Academicos commendat nostro maxime seculo, quod demum cavere didicit, ne anni academici multiplicentur, & studiosi in otio speculativo diu relinquantur, suique fiducia elati, ac si sat instructi jam sint, vel prolixo temporis spatio citra propriam industriam instrui possint, dum parum vel nihil agunt, male agere discant. Neque me pœnitet, quam hucusque observavi, docendi methodi, ut quævis enunciatio succinctis, at, qua fieri potest, perspicuis positionibus comprehendatur, eoque & memoria juvetur, & judicium excitetur, atque meditationi, quæ prope sola eruditionem absolvit, via sternatur. Neque satis mirari possum oscitantiam & credulitatem plurimorum, qui nostræ artis Doctores audiunt, quando in placitis prædecessorum inertes acquiescunt, veritatem ex aliorum opinionibus memoriæ mandatis quærunt, nobilissimam animi facultatem, quæ conve-

nientias & discrepantias rerum expendit, ac judicii nomine venit, incultam relinquunt; quin & cramben non bis, sed centies, imo millies coctam denuo apponunt, & commentariorum numerum infinitum reddunt, nihil interim exponunt, nisi quod ubique jam prostat. Enimvero ea haud contemnenda & studiis academicis imprimis commoda opera est, ex vastis voluminibus utilia colligere & in compendio exhibere, quo & hæc opera mea ex parte collimat. Eam ut serena fronte accipias, ILLVSTRIS SPECTATISSIMEQUE PRÆSES, qua par est pietate & cultu obsecro, Tibique Splendidum & Eminens munus sero quidem at devoto animo gratulor. Summa votorum meorum eo redit, velit Supremum Numen EXCELLENTIAM TVAM ad extremum usque senium inter mortales relinquere, animi corporisque vires conservare, &, quæ dirigis agisque, negotiis undique felices largiri successus. Velis demum inter clientes Tuos & mihi locum dare, &, quibus assidue occupor, in implendo munere conatibus favere. Scrib. Vitembergæ IV. Non. Maj. cIↃ IↃ CC XIV.

ILLVSTRIS ET GENEROSISS.
NOMINIS TUI

cultor perpetuus
GEORGIVS BEYER, D.

LECTORI BENEVOLO
S. D.
GEORGIVS BEYER, D.

DUm Digesti infortiati & novi exponendi munus sustinerem, argumentum Lectionum publicarum in materia criminum utiliter collocari posse non abs re credebam, & quia Constitutio Carolina pleraque juris civilis circa hoc objectum placita mutavit, eam fundamenti loco substernere Lectionibus mecum constituebam, non una ratione permotus: Nempe non ignorabam, hanc juris Romano - Germanici partem potissimam nunquam in Academia Vitembergensi & Lipsiensi publice fuisse explicatam, neque tum temporis noveram, Illustrem Thomasium in vicina Fridericiana eum sibi laborem sumsisse, neque ICtum celeberrimum, Jac. Frider. Ludovici istam Constitutionem prelo subjecisse, quæ quidem in Corpore Recessuum Imperii reperitur, sed separatim, quantum constabat, jampridem in forma minima typis excusa, rarius adspiciebatur. Itaque suasor eram Viro Præstantissimo, Joanni Friderico Braunio, cujus industriam in bonis Libris edendis eruditi grato animo agnoscunt, ut eam suis sumtibus denuo typis exscribi curaret; de quo instituto meo latius in præfatione Germanica dictæ editionis dixi.

2. Quemadmodum vero in Positionibus Iuris Divini, item Iuris Civilis secundum Institutiones & Pandectas multa jam excusseram, quæ heic explicanda videbantur, ita in Cathedra ea quidem omnia perspicue exposui, simul vero sollicitus fui, ut ea tantum, quæ nuspiam ante tradideram, calamo exciperentur; neque morari studiosos licebat, quibus neque ea patientia, neque

id

id temporis in Academiis commorandi spatium est, ut Lectiones certi generis ultra semestris vel anni spatium extendantur. Sæpe vero & mihi temporis angustia prolixiorem evolutionem eripuit. Interim non modo frequentes & assidui auditores, usque ad finem lectionum mihi affuerunt, verum & plures repetitionem hujus Collegii urgebant, quorum desiderio satisfacere, postquam ad Digesti veteris explicationem vocatus sum, non licet, ne falcem in messem alienam mittere videar: ea itaque, quæ tum calamo auditorum committebantur, nunc publice sisto, ne cujusquam voluntati me defuisse jure argui possim.

3. Et hæc quidem studioso & industrio Lectori sufficient: segnem vero & inertem nec ista, nec amplissimæ ad singulas theses dissertationes multum juvabunt. Qua occasione oblata non possum non testari, quantum me temporis pœniteat, quod pigris hominibus impendere coactus sum, qui ut Principem aut magistratum stipendia erogantem, parentes cognatosque sumtus studiorum subministrantes, Doctores suos, omnem ipsis operam impendentes, tanto felicius decipiant, NOMEN dant Lectionibus, & docentem invisunt, at, si vel maxime a jocis scurrilibus aliisque allotriis, quibus alter alterius attentionem sufflaminat & interrumpit, abstineant, perfunctorie tamen, & animi, atque temporis fallendi causa, docentem, non secus ac infantes nutricem fabulas narrantem, audiunt, elapsa hora ad voluptates redeunt, oblivioni mandaturi, quæcunque audiverant, nisi forte amœna locutio aut thema (quale *casum* vulgo vocant) jucundius, dispellendæ somnolentiæ causa seriis meditationibus interjectum, animos vellicaverit, quo deinde inter pocula & lascivias abutantur: domesticam industriam nesciunt, aut non curant, ad diligentiam adhortantem rident, monenti irascuntur, omnique nisu laborant, ut quando summam libertatem mentiuntur, voluptatis mancipia, deinde consumto dispersoque patrimonio servuli hominum mediocrium, aut famis

mis propellendæ causa lenones evadant, aut si fortuna faveat, viliori functioni adhibeantur, quando ad splendidiorem prorsus inepti sunt.

4. Nihil vero cum ejusmodi hominibus *nunc* mihi rei erit, & utinam nunquam. Interim utrisque placebit hujus scripti brevitas: desidiosis, ne prolixitas nauseam excitet: alacrioribus, ne meditandi, evolvendi, & quæ e re videbuntur, addendi occasio desit. Atque id testor, me ingratiam studiosorum in forum prodeuntium præsentes schedas evulgasse, non ignarus, quot & quanta jam prostent rerum & judiciorum Criminalium volumnia, atque in hanc ipsam Constitutionem Carolinam Commentarii, quorum alii nimiam, alii non sufficientem in ea enucleanda operam posuisse mihi videntur.

5. Paraphrasi succincta Nemesin Carolinam expositit GEORGIUS REMUS, Patricius Augustanus, J. C. & in Academia Altdorffina Antecessor, Reique publicæ Noribergensis Consiliarius, qui exacto anno climacterico magno diem supremum A. cIↃ IↃ c xxv. obiit. Vir elegantiori doctrina imbutus, cujus vestigia passim ex præsente opusculo elucent. Iste paraphrasi ipsi observationes binis saltem vel ternis verbis passim inserit; notas vero marginales bonorum autorum allegatione, additisque explicationibus, limitationibus & exemplis implet, ut inde facile amplior commentarius exstrui possit. Novissima editio Leodii prodiit Anno cIↃ IↃ cIc. sed quamplurimis mendis scatens, & cui anteriores, Herbornensis Anno cIↃ IↃ xcIv. atque Francofurtana cIↃ IↃ cxIIx. multum anteferri merentur.

6. Eandem Nemesin Carolinam cum Jure Romano confert, adjecta Constitutione Carolina de fracta pace, NICOLAUS

VIGELIUS, J. C. & Anteceſſor Marpurgenſis, Methodo Juris Civilis, Juris Controverſi, Commentariis ad Digeſta, aliisque ſcriptis, hucusque celebris, qui, uti in aliis juris partibus, ita & in hoc opuſculo, Anno cIↃ IↃ CIII. tertium edito ordinem, qui ipſi magis commodus videbatur, reſtituit, idque univerſum undecim capitibus includit: quorum primum propoſitionem & partitionem libri & occaſionem Conſtitutionum Criminalium Carolinarum; alterum judicia publica in genere; tertium adjuncta publicorum judiciorum; quartum quæſtiones & tormenta; quintum eventa & conſequentia publicorum judiciorum; ſextum judicia publica in ſpecie; ſeptimum homicidia; octavum furta; nonum ſacrilegia; decimum falſa; undecimum parerga in Conſtitutione Carolina obvia enucleat. At præter parallelismos Juris civilis, quos diligentiſſime annotat, nihil proponit: cæterum ne ordo mutatus difficilem reddat articulorum evolutionem, index ſingulorum articulorum ſubjicitur.

7. Succedit BERNHARDUS ZIERITZIUS, Brandenburgenſis ICtus, ejusdem urbis Conſul, Marchiæ Electoralis Ephorus & Dicaſterii Aſſeſſor, qui notas & obſervationes nomico-politicas ad eandem Conſtitutionem Carolinam publici juris fecit Anno cIↃ IↃ CXXII. triennio poſt Francofurti ad Mœnum recuſam. Is ad amœniora ſæpe digreditur & morales, politicas, hiſtoricas, philologicas obſervationes, immiſcet. Ut dicam, quod ſentio, flores frequentius ſpargit, quam fructus, neque adeo explicandæ, quam exornandæ Conſtitutioni Criminali operam dedit, cujus ei rationem reddit in dedicatione operis: ſicut Lupini per ſe amari, aqua perfuſi dulceſcunt: ſic tetrica iſta legum à mixtione & temperie hiſtoriarum aliorumque Scriptorum, qui ex ſapientiæ & prudentiæ ſcriptis ſua hauſerunt, mitigantur. Cæterum iſtam Compilationem Carolinam nævis ſuis non deſtitui candide fatetur.

8. Eum

8. Eum excipit MATTHIAS STEPHANI, I. C. & Anteceſſor in Academia Gryphiſwaldenſi, qui Anno clɔ lɔ CXXVI. Caroli V. Imp. Conſtitutiones publicorum Judiciorum cum jure communi collatas, ex eoque latius declaratas; & utiliſſimis (prout titulus promittit) additionibus, obſervationibusque practicis illuſtratas Francofurti prelo ſubmiſit. Is jam ſuccinere Remo, Vigelio aliisque incipit, nec diffitetur, ſe eleganti paraphraſi D. Georgii Remi ſemper uſurum eſſe; quemadmodum & Vigeliana paſſim decerpſit; cur vero nullam in toto commentario fecerit Zieritzii mentionem, miror; neque perſuaderi poſſum, eum hujus operam ignoraſſe, quandoquidem & Zierizius & Stephani Divo Georgio Wilhelmo, Electori Brandenburgico lucubrationes ſuas interjecto quadrienni ſpatio dedicarunt. Videtur poſteriori ſorduiſſe prioris opera, qui ad utile magis, quam ad elegantiora reſpiciebat; cujus rei indicium eſt, quod Commentariis de Iurisdictione Anno clɔ lɔ CXI. editis præmiſerit Epiſtolam, qua Facultas Juridica Roſtochienſis ſignificat, ſe ipſi pro dedicatione argenteum & inauratum Poculum miſiſſe. Cæterum facile conjicere licet, quantum ſperari poſſit de explicatione Iuris Carolini ex Jure Romano depromta. Sed in obſervationibus practicis & allegatione Pragmaticorum ipſe prioribus fœcundior eſt.

9. ANTONII BULLÆI ad Carolinas ſanctiones Annotationes, Remiſſiones & Obſervationes Practicæ magnam partem eodem collimant, quo notæ Zieritzii, niſi quod paulo plura foro, maxime Brunsvigo-Luneburgico, inſervientia heic reperiantur. Et ſpicilegium inſtituitur eorum, quæ a Zierizio & Stephani prætermittuntur, Remus contra & Vigelius parciſſime allegantur. Autor excitati ingenii & ingenuæ probitatis, elegantisque doctrinæ in ſingulis fere paginis ſpecimina edit, quamvis

dum hunc Commentarium perficeret, in anno climacterico magno versaretur. Morem Carmina emendicandi ridet, neque favet hederæ suspensæ. Indicem annectere Commentariolo brevi noluit, ut Lector ad integrum a vertice ad calcem perlegendum invitaretur.

10. Hucusque Commentatores vidimus a brevitate imprimis commendandos. Ab eo vero tempore scribacitas magis invalescere & Commentarii ex mole æstimari cœperunt. Mediocris vero, si eum cum reliquis compares, est Commentarius rationalis in Criminalem sanctionem Carolinam, quatenus de processu criminali agitur, additis etiam iis, quæ in jure Bavarico magis declarata, vel addita, vel mutata reperiuntur, publice prælectus à CASPARE MANZIO, Antecessore Ingolstadiensi, cum novis remissionibus ad Carpzovii practicam criminalem. Accessit Summa Processus Criminalis ex eodem Commentario extracta & in justum ordinem redacta; item modus examinandi processum criminalem, iis utilis, quibus acta criminalia referenda obtingunt. Secunda vice editus Francofurti ad Viadrum, Anno clɔ lɔ CLXXVI. Ex qua inscriptione, quid Auctor sibi proposuerit, satis constat; nempe ut plenius examinaret articulos, qui de processu tractant, & ut modum, causas criminales disceptandi & dirimendi amplius evolveret. In eo vero totus est, ut rem quamvis perspicuam reddat, unde sedulo inculcat, quæ sit cujusque rei, quin & rationis, ratio. Et imprimis examen processus criminalis advocatis defensionem inquisiti adornantibus inservit.

11. Posthæc CHRISTOPHORUS BLUMBLACHER, Consiliarius Salisburgensis, Procurator Cameræ, & in Academia Salisburgensi Digestorum Professor, Commentationes Germanicas

nicas in Carolinam Constitutionem edidit. Nihil ibi repereris, nisi vulgaria, & ubique obvia, ac sæpissime ea, de quibus dubitare cum ratione non licet: excerpta nimirum ex Iure Civili & Scriptis Carpzovii, Berlichii, Clari, Damhouderi, aliorumque in linguam Germanicam conversa. Prodiit trina vice: Annis clɔ lɔ CLXX. clɔ lɔ CLXXIIX. & clɔ lɔ CXCIV.

12. Ejusdem farinæ est JACOBI OTTONIS, I. C. Cæs. Palat. Comitis, Senatus Ulmensis Consiliarii & Consistorii Matrimonialis Assessoris, Corpus juris Criminalis Caroli V. Imperatoris, nova methodo per membra, articulos, compages & præjudicia digestum, variis novisque Consiliis adauctum, in zween Haupttheil, eine ordentliche Rechts-Form, und förmliche Rechts-Ordnung eingerichtet. Editio secunda, Ulmæ, clɔ lɔ CXCVI. cujus pretium ex imagine auctoris in frontispicio apparente & ex præfatione conjicere licet. De inquisitione secundum causarum genera penicillo Brunnemanniano agit pag. 18. usque 64. inde species facti & deductio in caussa prætensæ magiæ exhibetur usque ad pag. 136. Cæterum ab art. 1. ad 105. continua serie procedit, hisque statim art. 178. - 219. utpote ad formam processus, certe non ad pœnam maleficiorum pertinentes subjungit. Altera parte supplicia expendit, art. 106. 107. 108. 109. (ubi de inventione thesauri, mediante virgula mercuriali) 171. - 175. 127. 124. 111. 116. 128. 129. 119. 118. 131. 135. 147. 116. 117. 110. 120. - 123. 137. - 146. 150. 147. 148. 149. 151. - 156. 130. 136. 134. 125. 157. - 170. 112. - 115. ubi responsa frequenter immiscentur, & tractatio carmine Germanico contenta Constitutionis Carolinæ complexo clauditur. Tandem additiones sive supplementa subnectuntur. Unde constare puto, hunc tractatum minime esse academicum.

13. Sed

13. Sed neque negligendus DANIEL CLASENIUS, primum Rector Scholæ Magdeburgensis, deinde in Gymnasio Equestri Luneburgico Professor Iuris. Ethices & Politices, denique in Academia Iulia Antecessor, sed qui Anno 1678. oblatum a Republ. Magdeburgensi Syndici munus amplexus esset, nisi mors ipsum prævenisset. Eo autore Commentarium sat luculentum eumque posthumum in Constitutiones Criminales Carolinas, ex publicis prælectionibus enatum, in quo quicquid juris Romani circa crimina est, satis exponit, at circa ea, quæ ad mores & jus Germanorum, unde multi articuli explicare debent, pertinent, plerumque deficit.

14. Quanto vero prolixior est Clasenius, tanto parciorem in consignandis iis, quæ aliunde facile requiri possunt, deprehendimus Celeberrimum in Academia Fridericiana I. Ctum, JACOBUM FRIDERICUM LUDOVICI, qui notas practicas Constitutionibus Carolinis adsperšit, Halæ clɔ lɔ CCVII. Quæ de exiguo juris Romani usu in materiis criminalibus præfatur, iis commendanda sunt, qui per μετεμψύχωσιν quandam hodiernos Germanos in priscos Romanos mutatos esse sibi persuadent. Ipsæ vero annotationes plus commodi conferent in Studio sum, quam supra recitati autores omnes, quandoquidem sine pompa & apparatu ubique, quid usu obtineat, rotunde exponunt: neque facultas, sed temporis defectus prohibuisse videtur, quo minus plura, altiusve repetita accesserint; quoties enim meditandi aut evolvendi otium fuit, industriæ auctor non pepercit, vid. pag. 13. 34. 44. 80. 93. 129. 155. & alibi passim.

15. Agmen claudat JOH. CHRIST. Frölichs de Frölichsburg, S. Cæs. Maj. in Regimine superioris Austriæ Consiliarii, Commentarius in Constit. Crimin. vernaculo sermone conscriptus, in duos tractatus, & eorum uterque in quatuor Libros

bros divisus, Ulm. clɔ Iɔ CCIX. sed moribus & statutis Austriacis & Tirolensibus imprimis accommodatus, neque adeo ut studiosi criminalia addiscant, quam ut magistratus subleventur, conscriptus, multisque notabilibus refertus.

16. Præter enumeratos JUSTINUS GOEBLERUS Constitutionem Criminalem primus in idioma Latinum convertit & auctarium addidit, sive notas breviores, Francof. clɔ Iɔ CXIV. sed versio displicet Zieritzio, qui eam subinde emendavit; mihi vero volumen istud inspicere non licuit. Bullæus etiam ex animi medullis (ipsius verba refero) optat, ut venerandus senex & jubilatus ICtus HENRICUS BOCERUS lucubrationes suas in Constitutiones Caroli V. ederet. Utrum eæ prodierint, mihi haud liquet. At instar omnium erunt Commentarii Illustris CHRISTIANI THOMASII, quos propediem expectare, atque interim Ejusdem Dissertationibus de occasione, conceptione ac intentione Constitutionis Criminalis Carolinæ: de origine processus inquisitorii: de vera origine, progressu & interitu judiciorum Westphalicorum, tanquam clave uti licebit.

17. Eccur itaque post tot celebrium Virorum explanationes & hoc meum opusculum in medium prodit, & qua excusatione munietur? Mea facere possem, quæ Guil. van der Muelen in defensione Dissertationis de origine juris naturalis pag. 2. eleganter differit: „ Si nulla necessitate adactus quædam in charta conjecta in lucem propellere voluissem, potuisset fortasse vindictæ me impulisse cupido: ut meas scilicet divulgando nugas pari eos molestia & tædio afficerem, qui plane ridiculis suis & futilibus rerum argumentis, specioso præ se ferentibus titulos, ut suum Lectorem invenirent, toties impune me vexarunt, effeceruntque, ut iis legendis tempus sæpissime inutili-

„ tiliter consumpserim. Sed & alia argumenta mihi suppeterent: Leve hoc opusculum est, gracile, atque tenue, quod onerare orbem eruditum, &, si vel maxime haud prosit, cuiquam nocere minime potest. Forte tamen in aliquibus proderit. Quod vero non comtius, non amplius, nonluculentius prodeat, occupationes aliæ coacervatæ faciunt. Interim aliquid, quam nihil suppeditasse præstat. Et urget angustia paginarum, urgent nundinæ, urget Bibliopola, ut scribendi finem, & Lectori spem meliorum cum Deo & Die exhibendorum faciam. Perscript. Vitembergæ exeunte Aprili clɔ lɔ CCXIV.

Pro-

PROLEGOMENA
AD
CONSTITVTIONEM CRIMINALEM CAROLINAM.

I.

REgula vivendi, suumque genus conservandi cuivis creaturæ a Creatore data est; bestiis quidem per modum *instinctus* impressa, at homini, mediante facultate legem cognoscendi & actiones suas ad eam attemperandi patefacta.

II. Ratio inquam & voluntatis arbitrium in homine non legis respectum habent, sed medii, legem cognoscendi & actiones secundum istam instituendi.

III. Regula ista Lex vocatur, sive jussus Imperantis, obligans subditos.

IV. Estque *vel naturalis*, quæ hominis naturam conservat, eaque præcipit, sine quibus homines ut homines vivere non possunt, & contraria prohibet.

V. *Vel revelata*, eaque vel *divina universalis*, (nam particularis plane desiit) vel humana. Illa omnes homines obligat, hæc non nisi subditos illius legislatoris.

VI. Atque hæc vel docet, quomodo juste vivere, vel quomodo jus nostrum persequi, & aliorum injustitiam evitare debeamus, *hoc* Jurisprudentia Civilis strictissime dicta; *illud* Jurisprudentia Criminalis indicat.

VII. Unde patet, qvanto intervallo hæc illi sit præferenda, omnibusque omnino addiscenda, cum illa contra a multis, qui juris & æqui doctrinam non sectantur, tuto ignoretur.

VIII. Cumque lædendi pruritus atrocioribus sæpe mediis cohibendus sit, ibi vero infinitæ prope circumstantiæ excusationem mereantur, in hac re maximi momenti tanto major circumspectio adhibenda est.

IX. Nempe qvod contra legem prohibentem *fit*, delictum dicitur, dummodo *dolo* fiat, vel *culpa* propria.

X. *Dolus* est propositum alios lædendi; *culpa* est neglectus debitæ circumspectionis: utrumque ergo facienti recte imputatur, i. e. effectus ipsi tanqvam Auctori tribuitur, & ratio ab eo exigitur, cur ita, & non aliter egerit.

XI. Delicta in statu naturali *vindicta*, in statu Civili *poena* coerceantur.

XII. Vindicta est malum, ab æquali, qui imperio humano non subest, alteri illatum, quo læsio vel declinatur vel reparatur, & simul efficitur, ut ille imposterum a lædente simile quid vereri non debeat.

XIII. Cum vero paria sint, non habere imperantem, & ope ejus malum evitare vel repellere non posse, hinc & in statu Civili supereſt aliqua vindictæ species, *moderamen inculpatæ tutelæ*, sed valde

valde restricta, nec ulterius licita, quam donec ope Imperantis malum reprimi vel reparari possit, dixi in *Jure Divino cap. XII. posit. 35.-58.*

XIV. Pœna est malum, ab Imperante delinquenti inflictum, ut reliqui subditi, & aliquando ipse delinquens a simili delicto absterreantur. dixi *ibid. cap. XXXI. integro.*

XV. An etiam, ut damnum reparetur? minime: actiones rei persecutoriæ a pœnalibus semper differunt, & diversa utriusque origo, & finis, discrepantiam satis indicat; nempe si scholastice loqui liceat, damni reparatio ad justitiam commutativam pertinet, pœna vero proportionem ad delictum non reqvirit.

XVI. Scil. in pœna statuenda eo respiciendum est, ut sensus mali exinde percepti prævaleat delectationi, vel emolumento, quod ex delicto nobis accedit. *add. Ziegl. Discept. Select. Vol. I. Them. XLVIII. th. 18. 19. 20. 21. seqq.*

XVII. Deinde crescentibus, i. e. magis frequentatis delictis, pœnas exacerbare par est, quemadmodum invalescens morbus fortiora requirit media, & immedicabile vulnus ense recidendum est, ne pars sincera trahatur.

XVIII. Pœna separata & extra effectum naturalem delicti constituta, Jure Nat. nunquam determinatur.

XIX. Jus divinum universale soli homicidio pœnam capitalem effundendi sangvinis irrogat, at eam non determinat in Adulterio, Sodomia, furto, vel quibuscunque aliis criminibus.

XX. Jus Romanum in determinandis pœnis valde assiduum fuit, sed pro temporum diversitate varium atque hodie maximam partem inutile, de quo obiter egit *Dn. Ludovici, JCtus Halens. in Præfatione editionis suæ Const. Carolinæ.*

XXI. LL. Germanicæ antiquæ in Const. Criminali magis

conſpicuæ, ſed & valde immutatæ ſunt, Statibus Imperii a conſiliariis & JCtis ſuis ancipitibus redditis, atqve inter juris Patrii, Romaniqve bivium qvaſi conſiſtentibus; qvæ & ipſa cauſa videtur, tum de nova determinatione pœnarum Criminalium cogitandi, tum hujus Conſtitutionis Carolinæ vigorem & publicationem tamdiu differendi.

XXII. Altera cauſa de judiciis criminalibus certum qvid conſtituendi erat diverſus judiciorum Rom. & Germ. ordo, præſertim in criminalibus, ubi qvidem fatendum eſt, judiciorum publicorum Romanorum ordinem fere ignotum eſſe.

XXIII. Germanicorum vero judiciorum Criminalium ordinis rudera plura ſuperſunt, ſed & hæc valde diverſa, & qvæ varia iniqvitate laborant.

XXIV. Secundum enim rectam rationem primum judiciorum Criminal. fundamentum eſt, ne qvis ad pœnam rapiatur, niſi evidentiſſime & peractis probationibus ſole meridiano clarioribus delicti ſit convictus, aut, iſtud a ſe commiſſum eſſe ſponte confiteatur, per circumſtantias in ipſo facto ita repertas.

XXV. Verum, contra hanc regulam e diametro pugnant probationes atque purgationes vulgares, duelli, ferri candentis, aquæ fervidæ atque frigidæ, & ſimiles, de quibus præter quamplurima Speculi Saxonici atque Alemannici loca Tit. Decretalium *de purgatione vulgari.* in eumque commentatores conſuli poſſunt, nec non *Stephani Baluzii Regg. Francor. capitularia*, in quibus iniquus iſte proceſſus cum exorciſmis a Clero adhibitis hic illic deſcribitur.

XXVI. Maxime vero in hanc regulam impingebant judicia libera, ſive occulta, quorum *Receſſus Imperii Wormatienſis an. 1521. atqve anteriores* mentionem faciunt, quæ alias judicia libera, ſive Vehmica & Weſtphalica, die Frey-Stühle/ Frey-Gedinge/ Vehmen-Gerichte appellantur, quamvis ea non ſolum in Weſtphalia, ſed & alibi

alibi per Imperium Romano-Germanicum floruisse, Marquard. Freherus *de occultis Judiciis* ex diplomatibus probet.

XXVII. Cur vero libera dicta fuerint, conjecturas *Gryphiand. de Weichb. Saxon. cap. LIX. n. 14.* proponit, quarum neutra satis probabilis videtur.

XXVIII. Quin potius libera dicta videntur ob liberrimum animadvertendi arbitrium, neque ordini & LL. reliquorum Judiciorum adstrictum, quæ libertas in eo præprimis conspicua erat, quod insuper habita probatione reique defensione, hic nondum auditus ad mortem rapi potuerit. Vid. Schottel. *de Singularibus & antiquis Germ. juribus cap. XXIX.* & Schweder. *Introduct. ad Jus publ. cap. XIV. n. 14. sqq.*

XXIX. Constitutio criminalis circa *crimina* versatur, non vero circa delicta privata, qva talia.

XXX. Et quidem circa crimina publica tam extraordinaria, quam ordinaria, cujus divisionis nullus hodie usus supersest.

XXXI. Eaque considerat judicii Criminalis tum formalia, tum materialia.

XXXII. *Formalia* partim personas, partim ipsum Processum respiciunt.

XXXIII. De Personis & quidem Judice & Scabinis eorumque juramentis *artic. 1. - 5.*

De Actuario & actis conscribendis *articulo 181 - 189.*

De concipienda sententia *art. 190. -- 201.*

Denique de actis custodiendis *art. 202.* agit.

XXXIV. Processus duplex est, *Inquisitorius* & *accusatorius*, illius formam præscribit *Art. 6 - 10.*

XXXV. Circa processum accusatorium agitur

1. De accusandi munere & necessitate *art. 214.*

2. de Accusatoris cautione, aut si ei præstandæ par non sit, incarceratione *art. 11. -- 17.*

3. De tortura, & quidem in genere *art. 16.* deinde in specie de indiciis iisque tam generatim *art. 18. 19. 21. -25. & 27. -32.* quam speciatim de indiciis homicidii, *art. 26. 33. & 34.* infanticidii *art. 35. sq.* veneficii *art. 37.* robbariæ *art. 38. 39. & 40.* incendii *art. 41.* proditionis *art. 42.* furti *art. 43.* & magiæ *art. 44.*

Deinde de actu torturæ:

Nempe. 1.) De ejus accedentibus, die dicenda *art. 45.* reo prius extra locum torturæ interrogando *art. 46.* defensione audienda *art. 47.*

2.) Torturæ formalibus, scil. de ejus gradibus & temperamentis *art. 48. sq.* item de quæstionibus in actu torturæ faciendis *art. 48. -53. & art. 56.*

3.) De consequentibus, scil. inquisitione, an confessio extorta veritati respondeat, *art. 54. sq.* item repetitione torturæ, si reus, quæ affirmaverat, iterum neget, *art. 57.*

4.) De torturæ effectu: tum confitentis pœna *art. 60.* tum negantis absolutione *art. 61.* quo etiam pertinet quæstio, cuinam restitutio sumtuum inquisitionis incumbat, *art. 153. 204. 205. 213.*

De accusatoris probatione, ubi de testibus & eorum effatis, *art. 63. -68. art. 70. -73. item 75. & seq.* nec non testimonii effectu ad condemnationem, *art. 69.*

De defensione & munere defensoris, *Art. 74. 88. 89. & 90, It. art. 151. 152. 154. 155. 156.*

De accusati condemnatione, ubi

1. Ejus maturatio *art. 77. & 100.*

2. Diei dictio & intimatio *art. 78. 79. & 80.*

3. In-

3. Informatio judicis ex actis, *art. 81.*

4. Solennia Judicii capitalis & publicandæ sententiæ, *art. 82. - 87. it. 92. - 96. 98. 99. & 219.*

5. Processus contra reum, qui instante supplicio confessionem revocat, *art. 91.*

6. Salvus conductus carnifici, si in executione forte aberraverit, præstandus, *art. 97.*

7. Cura animæ inquisiti habenda, *art. 102. & 103.*

8. Modus extruendi patibulum, *art. 215. & 217.*

De Rei fugitivi bonorum annotatione & proscriptione, *art. 106.* ubi simul de rei furtivæ interdicta retentione pro reparandis sumtibus inquisitionis agitur, *art. 207. 212.*

XXXVI. Judiciorum criminalium materialia absolvuntur determinatione pœnarum, tum in genere, *art. 104. & 105.* tum in specie

Blasphemiæ, *art. 106.*

Perjurii, *art. 107. sq.*

Magiæ, *art. 109.*

Injuriæ & famosi libelli, *art. 110.*

Falsæ monetæ, *art. 111.*

Falsificationis instrumentorum, *art. 112.*

Et mensurarum, *art. 113.*

Termini moti, *art. 114.*

Prævaricationis, *art. 115.*

Sodomiæ, *art. 116.*

Incestus, raptus, stupri violenti, adulterii & Bigamiæ, *art. 117. - 121.*

Lenocinii, *art. 122. sq.*

Perduellionis, *art. 124.*

Incendii, robbariæ, excitatæ seditionis & diffidationis, *art. 125. - 129.*

Veneficii, *art. 130.*

Infan-

Infanticidii, expositionis infantum, & partus abacti, *art. 131. 132. & 133.*

Homicidii culposi ab imperito medico commissi, *art. 134.*

Avtochiriæ, *art. 135.*

Occisionis ab animali factæ, *art. 136.*

Homicidii dolosi et culposi etiam a pluribus commissi, & de lethalitate vulnerum atque moderamine inculpatæ tutelæ, *art. 137. - 164.*

Expilatæ hereditatis, furti, eduliorum, frugum, ligni, piscium & depositi, *art. 165. - 170.*

Sacrilegii, *art. 171. - 175.*

XXXVII. Demum de accessoriis quibusdam & temperamentis, utpote de cautione de non offendendo, *art. 176.*

De receptatoribus, *art. 177.*

De pœna conatus, *art. 178.*

De delictis impuberum, *art. 179.*

De effractoribus, *art. 180.*

De non tolerandis, sed abolendis pravis consvetudinibus, *art. 218.*

(O)

Ord-

Ordnung Des Peinlichen Gerichts Von Käyser Carolo dem V. Und des Heil. Röm. Reichs Churfürsten/ Fürsten und Ständen auffgerichtet.

Kurtze Historia Der peinlichen Gerichts-Ordnung.

Abschied des Reichs-Tags zu Worms/ Anno 1521.

UNd nachdem bißher grosse Unordnung an den Frey-Stühlen/ auch an den Peinlichen Gerichten/ geübt und gebraucht/ dardurch die Unterthanen des Reichs in viel Weg beschwert und belästiget/ auch etwan viel unschuldiglich gepeinigt/ und vom Leben zum Tod gericht werden: Solchem hinführo zu fürkommen/ sollen und wollen Wir an unserm Stuel zu Rotweil/ auch sonst bey andern Obrigkeiten oder Frey-Stül verfügen/ daß deßhalben gebührlich Einsehen beschehe/ damit Ordnung gehalten/ und die Gericht der-

 selbigen

selbigen Frey-Stül wider alt Herkommen nicht mißbraucht werden. Darzu so befehlen Wir hiemit Unserm Statthalter und Räthen/ daß sie die peinliche Gerichts-Ordnung/ wie die hie mit Rath der Ständen in ein Form und weitern Begrieff gestellt/ für die Hand nehmen/ weiter nach Nothdurfft ermessen und erwegen/ und fürter an unser statt/ dem Rechten und Billigkeit gemäß/ im Heil. Reich auffrichten/ und sich der zu halten allenthalben im Reich verschaffen und verfügen.

Abschied des Reichs-Tags zu Speyer/ Anno 1529.

ITem/ als die Käyserliche Regierung vermög eines Articuls im Abschied des gehaltenen Reichs-Tags zu Worms/ die Peinliche Halß-Gerichts-Ordnung/ wie der Zeit ein Form gestellt/ ꝛc. besichtiget/ und uns jetzo allhie überlieffert: Haben wir ermessen und bedacht/ daß diese Sach und Ordnung des Menschen Ehr/ Leib/ Leben und Gut belanget/ und grosses/ tapffres und wichtiges Rathschlags wol vonnöthen/ und insonderheit/ dieweil der Articul etwan viel/ Item/ die Gebräuch und Herkommen an vielen Orten ungleich/ darzu daß es ein ewige beständige Constitution und Satzung seyn soll/ und darum darmit nicht zu eilen/ sondern mit guter Vorbetrachtung/ gnugsamer Erfahrung und zeitigem Rath fürzunehmen seynd: Demnach haben Wir/ auch Churfürsten/ Fürsten/ und Stände/ für nothdürfftig angesehen/ daß ein jeder Stand desselben Brieffs Abschrifft nehme/ die der Nothdurfft besichtigen und ermessen/ und daß ein jeglicher der sechs Kreyß auff unser Frauen-Tag Purificationis schierst kommend/ zwo geschickte/ gelehrte/ verständige erfahrne Personen mit ihrem Rathschlag und Gutbedüncken/ anhero gen Speyer zu der Käyserlichen Regierung schicken und verordnen soll/ sich sämtlich mit der Regierung solcher Halß-Gerichts-Ordnung/ nach Gelegenheit unterstehen zu vergleichen/ und fürter zu publiciren.

Abschied

Abschied des Reichs-Tags zu Augspurg/ Anno 1530.

WJewohl der Halß- und Peinlichen-Gerichts-Ordnung halben auf jüngst gehaltenem Reichs-Tag zu Speyer einmüthiglich beschlossen und im Abschied versehen/ daß aus hochwichtigen und tapfern Ursachen damahls angezeigt/ ein jeder Stand des Begriffs oder Notul des Halß-Gerichts-Ordnung/ so durch unser Statthalter und verordnet Regiment im Heil. Reich gestellt/ Abschrifft nehmen/ die der Nothdurfft ermessen/ und demnach ein jeder der sechs Kreyß auf unser Frauen Tag Purificationis nechst verrückt/ zwo geschickte/ gelehrte/ verständig oder erfahrne Personen mit ihrem Rathschlag und Gutdüncken gen Speyer zu unser Regierung schicken und verordnen sollen/ sich mit itztberührter unser Regierung solcher Halß-Gerichts-Ordnung/ nach Gelegenheit/ unterstehen zu vergleichen/ und fürter zu publiciren: Dieweil aber auf bestimmte Zeit niemands von den Kreyssen erschienen und solchem Recess kein Folg beschehen/ ist dieselbig gestellte Notul abermahls für die Hand genommen/ und mit zeitigem Rathschlag in noch bessere Ordnung gestellt. Dieweil aber die Bräuch der Landschafft ungleich/ und diß ein Werck und Sach ist/ so des Menschen Seel/Ehr/Leib/Leben und Gut antrifft/ und darum guts Rathschlags und Erfahrung wohl von nöthen/ haben wir uns mit Churfürsten/Fürsten und Ständen/und sie herwiederum mit uns vereinigt/und verglichen/ daß ein jeder Stand von itziger corrigirten Ordnung Abschrifft nehmen/ und sich darauf endlich entschliessen/ was darinn/ nach Art/ Herkommen und Gebrauch zu thun oder fürzunehmen sey: also/ daß ein jeder Stand auf nechstkünfftigen Reichs-Tag sein endlich Gemüth und Meinung in solchem eröffnen/ damit man sich deßhalben eins einhelligen Beschluß/ wie es damit gehalten werden soll/vereinigen und vergleichen möge.

Abschied des Reichs-Tags zu Regenspurg/ Anno 1532.

NAchdem auch die Halß- oder Peinlich Gerichts-Ordnung auf jüngst gehaltenem Reichs-Tag zu Augspurg für die Hand genommen/ mit zeitigem Rathschlag in noch bessere Ordnung gestellt: Aber dieweil die Gebräuch der Landschafft ungleich/ auch diß ein Werck und Sach ist/ so des Menschen Seel/ Ehr/ Leib/ Leben und Gut betrifft/ darum guts Rathschlags und Erfahrung wohl vonnöthen: Deßhalben aus treffentlichen Ursachen Wir/ auch Churfürsten/ Fürsten und Stände/ uns auf obgemeldtem Reichs-Tag vereinigt und verglichen/ daß ein jeder Stand von der corrigirten Ordnung Abschrifft nehmen/ sich darauf endlich entschliessen/ was darinn nach Art/ Herkommen und Gebrauch/ zu thun oder fürzunehmen sey: Also/ daß ein jeder Stand auf diesem Reichs-Tag sein Gemüth und Meinung in solchem eröffnen/ damit man sich deßhalben eines einhelligen Beschluß/ wie es damit gehalten werden soll/ vereinigen und vergleichen mög. Demnach haben Wir/ auch Churfürsten/ Fürsten und Ständ/ nach ferner Berathschlagung der Sachen/ GOTT dem Allmächtigen zu Ehr und Lob/ auch zu Förderung gemeines Nutzens/ für gut und nutz angesehen/ daß gedachte Halß-Gerichts-Ordnung in Druck gegeben/ und in das Reich publicirt und verkünd werde/ damit alle und jede unser und des H. Reichs Unterthanen sich hinfürter in Peinlichen Sachen/ in Bedencken der Gröss und Fährlichkeit derselben itzt angezeigten Ordnung/ dem gemeinen Rechten/ Billigkeit/ und löblichen hergebrachten Gebräuchen gemäß halten mögen/ wie ein ieglicher ohn Zweiffel für sich selbst zu thun geneigt/ und deßhalben von dem Allmächtigen Belohnung zu empfahen verhofft. Doch wollen Wir durch obgemeldte Ordnung Churfürsten/ Fürsten und Ständen/ an ihren alten wohlhergebrachten rechtmäßigen und billigen Gebräuchen nichts benommen haben.

Vorrede
Des
Peinlichen Halß-Gerichts.

WIr CAROLUS, der Fünffte/ von GOTTes Gnaden/ Römischer Käyser/ zu allen Zeiten Mehrer des Reichs/ König in Germanien/ zu Castilien/ zu Arragon/ zu Legion/ beyder Sicilien/ zu Hierusalem/ zu Hungern/ zu Dalmatien/ zu Croatien/ Navarra/ zu Granaten/ zu Tolleten/ zu Valentz/ zu Gallicien/ Majoricarum/ Hispalis/ Sardinien/ Cordube/ Corsice/ Murtie/ Giennis/ Algarbien/ Algezire/ zu Gibraltaris/ und der Insulen Canarie/ auch der Insulen Indiarum/ und Terrefirme/ des Meers Oceani etc. Ertz-Hertzog zu Oesterreich/ Hertzog zu Burgund/ zu Lotterick/ zu Brabant/ zu Steyer/ Kernten/ zu Crain/ Limpurg/ Geldern/ Wirtenberg/ Calabrien/ Athenarum/ Neopatrie/ Grafe zu Habspurg/ zu Flandern/ zu Tyrol/ zu Gortz/ Parsiloni/ zu Artois/ zu Burgund/ Pfaltzgraf in Henegau/ zu Holland/ zu Seeland/ zu Pfirdt/ zu Kiburg/ zu Namur/ zu Rosilion/ zu Ceritan/ und zu Zütphen/ Landgraf in Elsaß/ Marggraf zu Burgau/ zu Oristani/ zu Gotiani/ und des Heiligen Römischen Reichs Fürst zu Schwaben/ zu Catalonia/ Austuria etc. Herr in Frießland/ auf der Windischen Marck/ zu Portenau/ zu Biscaja/ zu Molin/ zu Salins/ zu Tripoli/ und zu Mecheln/

Bekennen öffentlich: Nachdem durch Unsere und des Heiligen Reichs Churfürsten/ Fürsten und andere Stände stattlich an uns gelangt/

langt/ wie im Römischen Reich/ Teutscher Nation/ altem Gebrauch und Herkommen nach/ die minsten peinlich Gericht mit Personen/ die unserer Käyserl. Recht nicht gelehrt/ erfahren oder Ubung haben/ besetzt werden/ und daß aus demselben an viel Orten offtermahls wider Recht und gute Vernunfft gehandelt/ und entweder die Unschuldigen gepeiniget und getödtet/ oder aber die schuldigen durch unordentl. gefährliche und verlängerliche Handlung den Peinlichen Klägern/ und gemeinem Nutz zu grossem Nachtheil gefristet/ weggeschoben und erledigt werden/ und das nach Gelegenheit Teutscher Land/ in diesen allen altem langwirigem Gebrauch und Herkommen nach/ die Peinlichen Gericht an manchen Orten mit Rechtsverständigen/ erfahrnen und geübten Personen nicht besetzt werden mögen: Demnach haben wir samt Churfürsten/ Fürsten/ und Ständen/ aus gnädigem geneigtem Willen/ etlichen gelehrten trefflichen erfahrnen Personen befohlen/ ein Begrieff/ wie und welcher gestalt in Peinlichen Sachen/ und Rechtfertigungen/ dem Rechten und Billigkeiten am gemässesten gehandelt werden mag/ zu machen/ in ein Form zusammen ziehen: Welches wir also in Druck zu bringen verschafft haben/ daß alle und jede/ Unser und des Reichs Unterthanen sich hinführter in Peinlichen Sachen/ in Bedenckung der Gröss und Fährlichkeit derselben/ jetzt angezeigten Begriff dem gemeinen Rechten/ Billigkeit und löblichen hergebrachten Gebräuchen/ gemäß halten mögen/ wie ein jeglicher ohn Zweiffel für sich selbst zu thun geneiget/ und deshalben von dem Allmächtigen Belohnung zu empfangen verhoffet. Doch wollen Wir durch diese gnädige Erinnerung Churfürsten/ Fürsten und Ständen/ an ihren alten wohlhergebrachten rechtmäßigen und billigen Gebräuchen nichts benommen haben.

Käyser

Käyser Carls des Fünfften
Und des Heil Römischen Reichs
Peinliche
Gerichts-Ordnung.

ARTICVLVS I.

Von Richtern / Urtheilern und Gerichts-Personen.

ERstlich setzen / ordnen und wollen Wir / daß alle Peinliche Gericht mit Richtern / Urtheilern und Gerichtschreibern / versehen und besetzt werden sollen / von frommen / ehrbaren / verständigen und erfahrnen Personen / so tügentlichest und best dieselbe / nach Gelegenheit jedes Orts gehabt / und zu bekommen seynd. Darzu auch Edle und Gelehrte gebrauchet werden mögen. In dem allem eine jede Obrigkeit möglichen Fleiß anwenden solle / damit die Peinliche Gericht zum besten verordnet / und niemand unrecht geschehe / alsdann zu diesen grossen Sachen / welche des Menschen Ehr / Leib / Leben und Gut belangen

langen seynd/ tapffer und wohlbedachter Fleiß gehörig. Darum dann in solcher Uberfahrung niemands/ mit rechtmäßigem verträglichem Grund/ seine Verlassung und Hinläßigkeit entschuldigen mag/ sondern billich derhalb/ vermög dieser Unser Ordnung gestrafft: Deß also alle Obrigkeit/ so Peinliche Gericht haben/ hiemit ernstlich gewarnet seyn sollen.

Und dieweil sich dann eine Zeit hero an etlichen Orten/ etliche vom Adel und andere/ denen solche Gericht eigner Person/ Amts halber/ und sonst zu besitzen gebühret/ sich bey solchen Gerichten zu sitzen geweigert/ und ihres Stands halber gescheut/ dardurch dann das Ubel mehrmahls ungestrafft blieben ist: So mögen dieselbigen/ dieweil ihnen doch solche Gerichts-Besitzung an ihrer Achtbarkeit oder Stand gantz kein Nachtheil gebären soll/ noch kan/ sondern mehr zur Förderung der Gerechtigkeit/ Straff der Boßhafftigen/ und denselben vom Adel und Aemtern/ zu Ehren reichend/ und dienend ist/ solch Peinlich Gericht/ so offt und viel/ nach gestalt der Sachen/ für gut und nothdürfftig angesehen würde/ als Richter und Urtheiler selbst besitzen/ und darinn handeln und fürnehmen/ wes sich nach dieser Ordnung eignet und gebührt: Wo aber etliche vom Adel/ und andere/ solche Gericht von altem Herkommen/ biß anhero/ eigner Person besessen/ wollen Wir/ daß dieselbig hinfürter auch/ ohn fernere Weigerung/ besitzen/ und solch Herkommen und Gebräuch in ihren Kräfften und Wesen bleiben sollen.

AD ART. I.

Posit. I.

POtissima olim in Judicio Criminum erat persona judicis, utpote qui cum Scabinis ipse sententiam concipiebat, exceptis casibus, ubi circumstantiæ intricatæ ipsum animo ancipitem redderent.

II. Quod, quantumvis hodie mutatum & in causis criminalibus, licet solam relegationem, eandemque temporariam involventibus

volventibus sententia ex Scabinatu vel JCtorum Collegio requirenda sit, neque Judici inquirenti hic decernere liceat, magnum tamen inquisitionis momentum in Judice recumbit.

III. Etenim modus formandi articulos, arbitrium, an reus carceri mancipandus, & universi processus directorium a judice dependet.

IV. Requisita hic quatuor enumerantur, Probitas, Honestas, Prudentia, & Peritia, alia quatuor, sed eodem fere collimantia enumerantur in *Jure Provinc. Alemann. cap. 73.*

V. Peritia non ad Jus Romanum, sed ad mores patrios referri videtur. Nam heic *paulo inferius* etiam JCtos sive eruditos adhiberi posse, non necessario adhibendos esse dicitur, de qva peritia latius egit *Lehmannus in Chronico Spirensi Lib. 2. c. 22.* add. qvæ observavi *ad disp. de incomm. concurs. Cred. §. 3. & 5.*

VI. Nobiles salva dignitate & existimatione his judiciis interesse posse, remque laudabilem facere, hic monetur. Unde esse puto, quod in urbibus etiam celeberrimis, licet Consules Jurisdictionalia ad Prætorem, an den Stadt-Richter/ remittant, Judicio tamen Criminali ipsi præsint, Prætore inter Scabinos assidente, vid. *Volkm emend. P. 2. cap. 7.*

VII. Quod vero Caroli quinti temporibus opprobrio habitum fuerit, Judiciis capitalibus interesse, id Clero Romano tribuit *Matth. Steph. ad Const. Criminal. art. 1.*

VIII. Forte & hæc ejus ratio est, quod olim apud Germanos Carnificis munus honorabile habitum, & alicui Scabinorum, regulariter Juniori, demandatum fuerit, ex quo forte est, quod hodieque Nachrichter appellentur.

IX. Unde etiam superfuisse videtur, quod tum temporis non Judex, sed Carnifex sententiam capitalem publicaret, qua de re inferius videbimus.

X. Quia vero moribus Romanis carnifex levis notæ macula laborabat, totus consessus Judicii Criminalis propterea vilipendi cœpit.

XI. Ceterum heic semper præstruendum, quod mero imperio sive Jurisdictione criminali pollere debeat, qui de criminibus cognoscere & judicare cupit.

XII. Quæ jurisdictio, cum ab inferiori sæpe divulsa reperiatur, acriter disceptari cœpit, quænam delicta ad inferiorem, & quænam ad superiorem Jurisdictionem referri debeant.

XIII. Informationem distinctam secundum specierum enumerationem ex Ord. Provinc. Elect. Sax. & prolixo responso Scabinorum Lipſ. *apud Carpz. Quæst. 109. n. 25. -- 51.* petere licet, cui fere respondent constitutio Brunsvigo Luneburgica & Saxo Coburgensis, quam utramque cum multis aliis notatu dignis exhibet *Schottelius de singular. & antiquis Germanorum juribus, cap. 7.* vom Cent-Recht.

XIV. Utrum vero certis magistratibus in individuo Criminalis jurisdictio competat, raro dubium incidit, propter evidentiam possessionis, in casibus emergentibus, nec non literas investiturarum, in quibus definite die Ober-Gerichte/ quando quidem conceduntur, denominari solent.

XV. In dubio civitates & castra Schrifftsassica, die Schrifftsäßig seyn/ eam exercere possunt, quod secus se habet in Ambtsassicis, licet non negem, plura in contrarium exempla non deesse, sed quæ pactis, præscriptioni, usurpationi, aut rebus judicatis originem debent.

Art. II.

Von denen/ so die Gericht ihrer Güter halben besitzen.

Welche Personen von ihrer Güter wegen die Peinliche Gericht zu besitzen schuldig sind/ und dasselbe aus Schwachheit und Gebrechlichkeit ihres Leibs/ Vernunfft/ Jugend/ Alter/ oder anderer Ungeschicklichkeit halber nicht besitzen/ oder verwesen mögen/ so offt das Noth beschicht/ soll der/ oder dieselbigen ander tügliche Personen/ zu Besitzung des Peinlichen Gerichts/ an ihrer statt ordnen und bestellen/ mit Wissen und Zulassen desselben Ober-Richters.

Ad

Ad Art. II.

Posit. I.

DOmini jurisdictionis patrimonialis, quia non jure officii eam nanciscuntur, sed tanquam accessorium prædii possident, sæpe ad ipsam in propria persona exercendam inhabiles sunt.

II. Quemadmodum ergo jurisdictio Criminalis jure officii competens, delegari non potest, ita Imperator his casibus delegationem Jurisdictionis patrimonialis permissam esse debere sancit, quod rationi naturali & Juri Civili maxime consentaneum est, vid. Stephan. *Comment. ad h. art.*

III. Quin hodie in mores abiit, ut Jurisdictio patrimonialis semper per Vicarium, durch einen Gerichts-Verwalter/ administretur, qua de re *in Jure Germanico* dictum est *Lib. I. cap. 4.*

Art. III.

Des Richters Eyd/ über das Blut zu richten.

ICh N. schwere/ daß ich soll/ und will/ in Peinlichen Sachen/ Recht ergehen lassen/ richten und urtheilen/ dem Armen/ als dem Reichen/ und das nicht lassen/ weder durch Lieb/ Leid/ Mieth/ Gaab/ noch keiner andern Sachen wegen: Und sonderlich/ so will ich Käyser Carls des Fünfften/ und des H. Reichs Peinliche Gerichts-Ordnung getreulichen geleben/ und nach meinem besten Vermögen halten und handhaben/ alles getreulich und ungefährlich: Also helffe mir GOtt/ und die heilige Evangelia!

Art. IV.

Schöffen/ oder Urtheil-Sprecher Eyd.

ES soll ein jeder Schöff/ oder Urtheil-Sprecher des Peinlichen Gerichts/ dem Richter desselben geloben und schweren/ wie hernach folget/ welche Pflicht ihme/ dem Schöffen/ vorgelesen/ und er also nachsprechen soll: Ich schwere/ daß ich soll und will in Peinlichen

Sachen rechte Urtheil geben/ und richten/ dem Armen/ als dem Reichen/ und das nicht lassen/ weder durch Lieb/ Leyd/ Mieth/ Gaab/ noch keiner andern Sachen wegen: Und sonderlich/ so will ich Käyser Carls des Fünfften/ und des Heil. Reichs Peinlicher Gerichts-Ordnung getreulich leben/ und nach meiner besten Verständniß halten/ und handhaben/ alles getreulich und ungefährlich: Also helffe mir GOtt/ und die heilige Evangelia!

AD ART. III. & IV.

Posit. I.

DE officio judicis præter ea, quæ heic commemorantur, supra jam dictum est, & prolixe egit B. Ziegl. *in Dicast. Witteberg. 1702.* edita, atque Matth. Steph. *de officio judicis, Francof. 1625.*

II. In territoriis Statuum, qui ipsi constitutiones Criminales promulgarunt, Judices ad Carolinam primario non adstringuntur, sed in subsidium.

III. Neque in terris Statuum protestantium clausula juramentis heic subnexa usurpatur, sed: So wahr mir GOtt helffe und sein heiliges Wort/ ubi procul dubio non verbum evangelii revelatum, sed (verbum hypostaticon) Christus ipse intelligitur.

IV. De Scabinis antiquis, ævi medii, & recentioribus exercitationem historico-Philologicam, quæ maxima sui parte juridica est, habemus beneficio Friderici Brummeri, Lipsi. cujus opuscula universa jam iterum orbi erudito restituta sunt.

V. Et Scabini quidem Judicio Criminali solenni assidentes, tum in urbibus, tum in pagis hodie ferendis sententiis non adhibentur, sed carmen suum solenne plerumque ex schedula pronunciant.

VI. At Scabini, qui membra Scabinatuum jus dicentium constituunt, die Schöppen-Stühle/ non ad Const. Carolinam sigillatim, sed ad jura & consvetudines observandas in genere jurejurando adstringuntur,

VII.

VII. Et hæc collegia potisſimum cauſis criminalibus dijudicandis deſtinata ſunt. Unde olim contentio cum Facultatibus Juridicis, occaſione tractatus Jo. Ben. Carpzovii Von Peinlichen Inquiſition- und Achts-Proceſs, exorta, ſpeciali Reſcripto Sereniſſimi aſſopienda fuit.

VIII. Et quia Scabinatus Lipſienſis Vitembergenſem vetuſtate antecellere creditur, in illum cauſas criminales transmittendas eſſe placuit.

IX. Quod tamen duplicem admittit limitationem: 1) de criminibus, quæ in præfecturis, in denen Aemtern ventilantur; 2) de circulis Saxoniæ reliquis, præter Electoralem, quibus nonnulli addunt 3.) de prima actorum transmiſſione.

X. Certe facultates Juridicæ, poſtquam Scabinatus jam ſententiam dixerunt, hic pronunciare non prohibentur.

Art. V.
Schreibers Eyd.

ICh N. ſchwere/ daß ich ſoll/ und will in den Sachen/ das Peinliche Gericht betreffend/ fleißig Auffmercken haben/ Klag und Antwort/ Anzeigung/ Argwohn/ Verdacht/ oder Beweiſung/ auch die Urgicht des Gefangenen/ und was gehandelt wird/ getreulich aufſchreiben/ verwahren/ und ſo es Noth thut/ verleſen/ auch darin keinerley Gefährde ſuchen/ und gebrauchen: Und ſonderlich/ will ich Käyſer Carls des Fünfften/ und des Heiligen Reichs Peinliche Gerichts-Ordnung/ und alle Sachen dazu dienende/ getreulich fördern/ und ſo viel mich berühret/ halten: Alſo helff mir GOTT/ und die heilige Evangelia!

Ad Art. V.

Poſit. I.

ACtuarius in cauſis criminalibus adhiberi non poteſt, niſi juratus, quales in Saxonia Electorali & pluribus provinciis

Brandeburgicis nullibi deficiunt, alibi Notarii publici ex oppidis vicinis requiri solent, prout in Lusatia superiori fieri videmus.

II. Vtrum vero Actuarius etiam Notarii Cæsarei charactere pollere debeat, in Saxonia olim simpliciter creditum fuit, & hodieque in causis Criminalibus requiritur, *decis. Saxon. novis. 38. & resolutio gravaminum. tit.* von *Justitien-Sachen. n. 32.*

III. Officium ejus *in hoc art.* & in *Ordinat. Proceſſ. Elect. Saxon. tit. 2.* describitur. Imprimis observare debet, ne præcipitanter agat, sed inquisitos distincte interroget, spatium cogitandi, eaque, de quibus interrogantur, in memoriam revocandi, ipsis relinquat, atque articulos inquisitorios vel testimoniales, & responsionem inquisiti aut testium non disjungat.

IV. Imprimis vero literis recte & distincte formatis, quæ promte legi possunt, Acta conscribat, quod quam maxime in criminalibus requiritur, ne scripturæ obscuritas ambiguitatem pariat. Ita video JCtos Witteb. Mens. Jul. 1663. ad requisitionem der Fürstlichen Anhältischen Regierung zu Hertzgeroda pronunciasse: Wenn nun der Inquisiten Aussage mit Fleiß und mit einer leserlichen Hand/ allermassen solches in Inquisitions-Processen vor andern erfordert wird/ zu denen Acten verzeichnet/ ergehet ferner in der Sache/ was Recht ist.

ART. VI.

Annehmen der angegeben Ubelthäter/ von der Obrigkeit und Amtswegen.

Wo jemand einer Ubelthat/ durch gemeinen Leumuth/ berüchtiget/ oder andere glaubwürdige Anzeigung/ Verdacht/ und Argwönig/ und derhalb durch die Obrigkeit von Amts halben angenommen würde/ der soll doch mit Peinlicher Frag nicht angegriffen werden/ es sey dann zuvor redlich und derhalben gnugsame Anzeigung und Vermuthung/ von wegen derselben Missethat/ auf ihn glaubwürdig gemacht: Darzu soll auch ein jeder Richter/ in diesen grossen

sen Sachen/ vor der Peinlichen Frag/ so viel möglich/ und nach Gestalt und Gelegenheit einer jeden Sachen/ beschehen kan/ sich erkundigen/ und fleißig Nachfragens haben/ ob die Missethat/ darum er angenommen/ berüchtiget und verdacht/ auch beschehen sey/ oder nicht: Wie hernach in dieser Ordnung/ ferner erfunden wird.

Art. VII.

Richter sollen in zweiffelhafften Sachen der Rechtsgelehrten Bedencken erfordern.

So die gemeldten Urtheiler in bestimmter Erkäntnüß zweiffelich würden/ ob des fürbrachten Argwohns und Verdachts zu Peinlicher Frag/ gnugsam wäre/ oder nicht: So sollen sie derhalben Rath bey der Obrigkeit/ so der Ende ohne Mittel die Peinlichen Obrigkeit der Straff hat/ oder sonst an Enden und Orten/ wie zu End dieser Unser Ordnung angezeigt/ suchen/ und doch dieselben Obrigkeit in solchem Rath-suchen/ alle Umstände und Gelegenheit ihres Erfahrens des Verdachts/ eigentlich in Schrifften berichten.

Ad Art. VI. & VII.

Posit. I.

OLim processus inquisitorius extra ordinem, nec nisi sub certis conditionibus instituebatur. At hodie in plerisque Germaniæ Provinciis ordinarius est. *Conf.* Frölich *ad const. crim. Lib. 1. Tit. 1. n. 3. sqq.* & imprimis Illustris Thomasii disputationes *de origine processus Inquisitorii; de usu practico denunciationis Evangelicæ; de occasione Constitutionis Carolinæ; de Judiciis Westphalicis.*

II. Est vel solennis & proprie talis, in quo articuli inquisitionales formantur, & reus ad respondendum adigitur, atque cum testibus, sub jurisjurandi fide, ad articulos testimoniales prius examinandis, confrontatur.

III. Et hic processus obtinet in criminibus, quorum pœna vel ad ultimum supplicium, vel ad corporis afflictivam, vel ad relegationem, licet unius anni, adscendit.

IV. Vel

IV. Vel processus denunciationis & summariæ explorationis, eine Summarische Vernehmung/ qui obtinet, quoties pœna tantum pecuniaria, vel carceris, vel etiam numellarum absque relegatione dictitatur.

V. Differentia utriusque magni momenti est: qui ad articulos respondit, Inquisitus vocatur, ab omnium munerum publicorum, opificiorum & similium exercitio suspenditur, dubiæque existimationis habetur, atque interim, donec de innocentia ejus constet, ab honestorum virorum consortio excluditur, quæ omnia secus se habent in iis, qui summarie saltem responderunt.

VI. Vnde est, quod homines alicujus dignitatis tantopere pro avertenda inquisitione laborent, licet summarie jam responderint.

VII. Quin sæpe sub pœna confessi & convicti ad responsionem articulatam citati, quando eam defensione declinare non possunt, famæ tamen suæ aliquo modo consuli putant, si potius in contumaciam condemnentur, saltem ne eos actu ad articulos respondisse dici possit.

IIX. Eandem ob causam in casibus dubiis & delictis non atrocibus honestiores sub conditione certæ mulctæ sponte solvendæ ab inquisitione liberantur.

IX. Quæ mulcta olim præcise piis causis impendi debebat, & pronunciabatur: Er wolte denn lieber 100. Rthl. zu milden Sachen erlegen/ und die dießfals seinetwegen auffgewandten Unkosten erstatten/ auff solchen Fall ist er mit der erkannten Inquisition zu verschonen. At hodie ea etiam pro fructu jurisdictionis habetur, atque hoc modo decernitur: Würde N. N. 30. Rthl. erlegen/ so ist er zwar mit der zuerkannten Inquisition zu verschonen/ nichts destoweniger aber die seinethalben auffgewandten Unkosten zu erstatten schuldig.

X. 2.) Inquisitio in generalem atque specialem vulgo dividitur, inepto more, neque melius, ac si Sanctio Criminalis Carolina in formalem & materialem divideretur, vel quemadmodum plebs

plebs Romana a populo tanquam ſpecies a genere differre dicitur §. 4. *Inſt. de J. N. G. & C.*

XI. Re vera enim conſtat parte generali & ſpeciali: generalis ſæpe omittitur, v. g. ſi certa perſona criminis patrati denuncietur, e. g. ſi quis in furto, adulterio, vel homicidio deprehenſus ſit.

XII. Contra ſæpe ad partem ſpecialem non deſcenditur, v. g. ſi infans expoſitus, vel homo occiſus reperiatur, aut ædes in pago a latronibus larvatis & ignotis expugnatæ & ſpoliatæ ſint, neque autores facinoris reperiri, nec quinam, aut unde ſint, conjectura capi poſſit.

XIII. Requiſita inquiſitionis eſſentialia ſunt: Citatio, & quæ regulariter præcedit, teſtium examinatio ſummaria, deinde examen rei, tum ſummarium, tum ad articulos, porro repetitum teſtium examen juratum ad articulos, confrontatio, & defenſionis permiſſio.

XIV. Hæc ubi peracta ſunt, acta ad Scabinatum vel Collegium Juridicum transmitti debent, olim, ſi judex dubitaret, hodie indiſtincte, id quod plus, quam quinquagies in hac Conſtitutione Criminali monetur.

XV. Vnde etiam Principes, quoties Toparchiarum Præfecti peracta hucusque inquiſitione, acta in Senatum Regiminis in die Hohe Landes-Regierung transmittunt, cauſas criminales non determinant, ſed ut ad JCtos remittantur, decernunt: Du wolleſt die Acta nach rechtlichen Erkänntniß verſchicken/ und das erfolgende Urthel uneröffnet/ gehorſambſt einſenden.

XVI. Ubi obiter notandum, Præfecto, utpote qui adminiſtratorio nomine Jurisdictioni præeſt, ſententiam criminalem aperire nunquam licere.

XVII. In ea ſententia, vel tortura, vel juramentum purgatorium, vel ſi inquiſitus facinus confiteatur, pœna continetur.

XVIII. Vbi ſi tortura, vel pœna capitalis decernitur, defenſio etiam inquiſito ſemper ex officio permittitur.

XIX. Sæpe etiam quando omnes circumstantiæ criminis nondum satis enucleatæ sunt, interlocutio de ulteriori indagatione instituenda intercedit.

XX. Sed & repetita, imo tertia defensio adversus torturam, non secus ac adversus ultimum supplicium concedenda est.

XXI. De diversis torturæ gradibus summatim *in positionibus ad Pand. tit. de quæstionibus.* egimus. add. omnino *Jac. Dœpleri Theatrum Suppliciorum, Part. I. Cap. 2. pag. 278. usque 377.* & *Hippol. de Marsil. de Quæstionibus. fol. 15.* quorum uterque varia nobis ignota & insolita torturæ genera enumerat.

XXII. Eamque in rem peracta inquisitione, i. e. testibus omnibus examinatis, & cum inquisito confrontatis, acta integra, excepta sententia torturam vel territionem continente, inquisito ejusque defensori in loco judicii communicantur, sed Apographa non exhibentur. quin & proœmium sententiæ torturam decernentis, in quo dubitandi & decidendi rationes continentur, eidem denegandum non est.

XXIII. Atque hæc exhauriunt Art. 7. Articulus vero 8. 9. & 10. cum ad sequentia referantur, eousque reservandi & seponendi sunt.

Art. VIII.

Alsdann wird zu der Peinlichen Frag geschritten/ wann redliche Anzeigungen wider einen seyn.

So die Missethat einer Todstraff halben kündlich/ oder aber deshalb redliche Anzeigung/ wie darvon vor berühret ist/ erfunden wird/ so soll es der Peinlichen Frag/ und aller Erkündigung halben/ so zu Erfindung der Wahrheit dienstlich ist/ auch mit Rechtfertigung auf des Thäters Bekennen/ gehalten werden/ wie klärlich hernach von denjenigen/ die auff Ankläger einbracht werden/ geschrieben/ und geordnet ist.

Art.

Art. IX.

So der gefangene der verdachten Missethat nicht bekänntlich seyn wolte/ mag der Ankläger zu Weisung verstattet werden.

WOlt aber ein solcher Gefangener der verdachten Missethat ohne oder durch Peinliche Frage nicht bekänntlich seyn/ und er doch desselben überwiesen werden möchte/ so soll es mit derselben Weisung und Rechtfertigung darauf/ der Tod-Straff halben/ gehalten werden/ wie auch klärlich hernach gesetzt ist/ von denjenigen/ die durch Ankläger einbracht werden.

Art. X.

So ein Person / einer Missethat überwunden / solt an ihrem Leib / jedoch nicht zum Tod / oder ewigen Gefängnüß gestrafft werden/ wie es mit Erkänntnüß solcher Straffe soll gehalten werden.

SO aber ein Person/ einer gnugsamen unzweiffelichen überwunden und erfunden Missethat halben/ nach laut dieser Unser und des Heil. Reichs Ordnung/ von der Obrigkeit und Amts wegen/ endlich an ihrem Leib/ oder Gliedern gestrafft werden solt/ also/ daß dieselbig Straff nicht zum Tod/ oder ewiger Gefängnüß fürgenommen würde: Mit Erkänntnüß solcher Straff/ soll es sonderlich auch gehalten werden/ als im 196. Articul anfahend/ Item/ so ein Person/ etc. angezeigt/ erfunden wird.

Art. XI.

Von Annehmen eines angegebenen Ubelthäters/ so der Kläger Recht begehret.

SO der Kläger die Obrigkeit/ oder Richter anrufft/ jemand zu strengen Peinlichen Rechten/ zu Gefängnüß zu legen/ so soll derselbige Ankläger/ die Ubelthat/ und derselben redlichen Argwohn und Verdacht/ die Peinliche Straff auf ihm tragen/ zuförderst ansagen/

unangesehen/ ob der Ankläger den Angeklagten auf sein Recht gefänglich einzulegen/ oder sich bey dem Beklagten zu setzen/ begehren/ und erbieten würde: Und so der Ankläger das thut/ soll der Angeklagt in Gefängniß gelegt/ und des Klägers Angeben eigentlich aufgeschrieben werden. Und ist dabey sonderlich zu mercken/ daß die Gefängnüß zu Behaltung/ und nicht zu schwerer/ gefährlicher Peinigung der Gefangenen sollen gemacht/ und zugerichtet seyn. Und wann auch der Gefangenen mehr dann einer ist/ soll man sie/ so viel gefänglicher Behaltnüß halb seyn mag/ von einander theilen/ damit sie sich unwahrhafftiger Sage mit einander nicht vereinigen/ oder wie sie ihre That beschönen wollen/ unterreden mögen.

Ad Art. XI.

Posit. I.

PRocessus accusatorius in Saxonia multisque aliis locis, imprimis etiam in provinciis Domus Austriacæ hæreditariis, teste experientia, propemodum evanuit, inquisitione ipsius vice fungente. add. Frölich *ad Ordin. Crim. P. I. Tit. I. n. 2. & 3.*

II. Ineptus enim foret, qui pecunias, curam, laborem, accusationis processui impendere & periculum sumtuum accusato restituendorum, pœnæque calumniæ suscipere, quam peracta denunciatione omnibus his molestiis defungi malit.

III. Adde, quod denuncians, licet nullum aliud accedat indicium, ad juramentum admittatur, quod accusatori non patet. Et qui denunciationem juramento confirmavit, pœnam calumniæ non metuit.

IV. Si quis vero metuat, ut indicia suppeditata ad inquisitionem sufficiant, tanto minus ad accusandum properare poterit, probationibus destitutus.

V. Ne dicam, denunciantem quoque inquisitioni assistere, indicia ulteriora suppeditare, & excusationes inquisiti refellere posse.

VI.

VI. Interim quæ in subsequentibus de accusatione dicuntur, sterilia non sunt, sed suo modo etiam de inquisitione notari merentur.

VII. Huc pertinet accusati incarceratio, quæ non nisi ex justis & probabilibus causis decernitur, alias jure Saxonico communi emenda duarum sexagenarum veterum pro singulis diebus injusti carceris imponitur, de quo diximus *in posit. 41. ff. de custodia & exhibitione reorum. lit. m.*

VIII. Causæ istæ, scil. crimen, ejusque indicia ab accusatore judici exponenda, neque nudis ipsius petitis, ut ejus periculo accusatus incarceretur, deferri potest, *add. infra art. 219.*

IX. Unde est, quod hodie denunciantes regulariter denunciationem jurejurando ante confirment, quam adversus denunciatum procedatur.

X. Carceris qualitas hic describitur, quod ad custodiendos, non ad cruciandos homines adhiberi debeat, quod depromtum esse videtur ex *l. 8. §. 9. ff. de pœn.*

XI. Nihilominus hodie carceres etiam pœnæ causa habemus, qua de re *ad ff. de custod. reor. pos. 20. sqq.* egimus.

XII. Incarceratos plures separandos esse jure Romano tum demum jubebatur, quando personæ erant diversi sexus ad evitandam libidinem, *l. 3. C. de custod. reorum.* hodie vero idem etiam in personis ejusdem sexus observandum est, ad evitandas collusiones, pro supprimendo crimine, aut consilia & operam sociam in effringendis carceribus & fuga adornanda.

Art. XII.

Von Verhafftung des Anklägers/ biß er Bürgschafft gethan hat.

So bald der Angeklagte zu Gefängnüß angenommen ist/ soll der Ankläger/ oder sein Gewalthaber/ mit seinem Leib verwahret werden/ biß er mit Bürgen/ Caution, Bestand und Sicherung/ die der Richter/ mit samt 4. Schöffen/ nach Gelegenheit der Sa-

chen/ und Achtung beyder Person/ für gnugsam erkennt/ gethan habe/ wie hernach folget. Und nemlich also/ daß er/ der Ankläger/ wo er die Peinliche Rechtfertigung nicht ausführen/ oder dem Rechten verfolgen würde/ und die geklagten Missethat/ oder aber redliche und gnugsame Anzeigung und Vermuthung derselben/ in ziemlicher Zeit/ die ihm der Richter setzen würde/ nicht dermassen bewieß/ daß der Richter und Gericht/ oder der mehrer Theil aus ihnen für gnugsam erkant/ oder sonsten im Rechten fällig würde/ alsdann den Kosten/ so darauff gangen ist/ auch dem Beklagten/ um seine zugefügte Schmach und Schaden/ Abtrag thun woll/ alles nach Bürgerlicher Rechtlicher Erkäntnüß. Und damit derselbig Gefangen beklagt/ seiner erlitten Kosten/ Schmähe und Schäden desto austräglicher und förderlicher Ergetzung und Abtrag erlangen möge/ so soll zu seinen Gefallen und Willen stehen/ den Peinlichen Ankläger vor desselben Anklägers ordentlichen Richter/ oder dem Peinlichen Gericht/ dafür sich die Gerichtliche Ubung und Rechtfertigung erhalten hat/ um solchen Kosten/ Schmähe und Schäden/ Rechtlich fürzunehmen/ darinn auch summarie, und ohne Zierlichkeit des Rechtlichen Proceß/ procedirt/ gehandelt/ und die Urtheil ohne weitere Appellation und Suchung/ vollnzogen werden/ dadurch doch demselben Peinlichen Gericht ausserhalb dieser Fälle/ und weiter/ dann es vor gehabt/ kein Bürgerlicher Gerichts-Zwang/ und Erkäntniß zuwachsen soll.

Art. XIII.

Von Bürgschafft des Anklägers/ so der Beklagte der That bekäntlich ist/ und redliche Entschuldigung solcher That halb fürgibt.

So der Thäter der That ohne läugnen wäre/ aber deßhalben redliche Entschuldigung/ die ihn/ wo er die bewiese/ von Peinlicher Straff entledigen möchten/ anzeigt/ und ihm aber der Ankläger solcher seiner fürgewendten Ursachen und Entschuldigung nicht gestünde: So soll der Ankläger in solchem Fall/ dennoch auch/ nach Gelegenheit der Person und Sachen/ und Erkäntnüß des Richters samt

vier

vier Gerichts-Personen/ oder Schöffen/ nach Nothdurfft verbürgen: Wo der Beklagte solche Endschuldigung also ausführen würd/ daß er der beklagten That halb nicht Peinliche Straff verwürcket hätte/ ihm alsdann um solch gefänglich Einbringen/ Schmach und Schaden vor Gericht/ wie obgemeldt/ endliches Bürgerlichen Rechtens zu pflegen/ und darzu alle Gerichts-Schäden auszurichten/ nach Erkäntnüß desselben Gerichts schuldig seyn/ und soll nach solcher geschehener Bürgschafft/ mit Ausführung der entschuldigten That/ wie hernach im 151. Articul/ anfahend: Item/ So jemand einer That bekäntlich ist/ ꝛc. geschrieben stehet/ gehalten und gehandelt werden/ und in diesem Fall/ vor solcher Ausführung und sonder Erkäntniß Peinliche Frage nicht gebraucht werden.

XIV.

So der Kläger nicht Bürgen haben mag/ wie die Gegenhafftung beschehen soll.

Dieweil und dieweil der Ankläger gemeldte Bürgschafft nicht haben mag/ und doch den strengen Peinlichen Rechten nach folgen wolte: So soll er mit dem Beklagten/ biß nach Endung vorangezeigter redlicher Ausführung in Gefängnüß oder Verwahrung/ nach Gelegenheit der Personen und Sachen/ gehalten werden/ und dem Ankläger/ auch dem/ der seine Entschuldigung ausführen wolt/ soll gegönnet werden/ daß die Leut/ so sie zur Bürgschafft/ oder Beweisung/ wie obsteht/ gebrauchen wollen/ zu und von ihm wandeln mögen. So auch die Anklag von wegen Fürsten/ geistlicher Personen/ oder Gemeinen/ oder sonst hoher Personen gegen denen/ die geringers Stands seyn/ geschicht; In solchem Fall mögen sich andre Personen ungefährlich nicht geringerer Achtung/ dann der beklagt/ an ihrer statt/ neben den Beklagten gefänglich legen/ oder verwahren lassen. Und ob auch dieselbe eingelegte Person sonst Bürgschafft geben wolte/ wie obgemelt/ daß alsdann dieselbe Person ihr Gefängnüß erlediget werden soll.

Ad Art. XII. XIII. & XIV.

Posit. I.

Accusator, nisi satisdare possit, perinde in custodia retinendus est, ac accusatus, ne calumniæ pœnas effugiat.

II. Eæ olim erant similitudo supplicii, quale scil. accusato, si convinci potuisset, incumbebat, *L. ult. C. de accusat.* quam ob rem inscriptio necessaria erat.

III. Verum ista hodie cessant, & calumniatori pœna arbitraria usque ad fustigationem imponi potest, ipse insimul accusato ad omne interesse tenetur.

IV. Rarior quoque est accusatoris incarceratio non modo in Saxonia, ubi cautionem juratoriam in subsidium admitti, monet *Carpz. Quæst. 106. n. 39. seqq.* sed & in aliis locis, quod vel inde conjicere licet, quia plerique ad Const. Carolin. Crim. Commentatores unicum exemplum Itali alicujus Belligiosæ exhibere potuerunt, *quod ex Ventura de Valentiis Zirizius, ex eo Bullæus, ex Bullæo moderni fere omnes mutuantur.*

V. De satisdatione agunt *Modestinus Pistoris lib. 1. consil. 34.* & *Zirizius ad h. art.* sed commentatione opus non est, cum membra cautionis in hoc art. satis describantur.

VI. Accusatus damnum & interesse, nec non satisfactionem pro illatis injuriis, una cum sumtibus litis ab accusante repetit, vel coram accusantis magistratu ordinario, vel in judicio, in quo accusatio fuit instituta.

VII. Eadem cautio quoad omnia membra requiritur, si accusatus factum fateatur, sed exceptionem, quæ ipsum ab omni pœna liberare apta est, opponat, *art. 13.*

VIII. Si Princeps, Persona illustris vel Ecclesiastica, nec non universitas aliquem accusent, & carceri mancipari velint, obsidem sive prædem itidem custodiæ mancipandum, eumque non minoris, quam accusatus, dignitatis vel conditionis offerre debent, qui ubi & ipse satis dederit, a carcere liberatur. *art. 14.* Verum hæc rarissime observantur.

Ad

Art. XV.

Von einer andern Bürgschafft / so der Kläger den Argwohn der Missethat bewiesen hat / oder die Missethat sonst bekäntlich ist.

Wo der Kläger den Argwohn und Verdacht bewiesen hat / oder die beklagte Missethat sonst unlaugbar ist / und der Thäter genugsam Entschuldigung derhalb / als vor berühret ist / nicht ausführen kan: So soll der Ankläger alsdann verbürgen / dem strengen Peinlichen Rechten / darum der Beklagte angenommen ist / nach dieser Unser und des Reichs-Ordnung / nachzukommen / und zu weiterer Bürgschafft / in solchem Fall / nicht verbunden werden. Und was also durch Annehmung des Beklagten / mit Klag / Antwort / Bürgschafft / Fragen / Erfahrung / Weisung und anders / gehandelt / auch darauff geurtheilet würde / das soll alles der Gerichtschreiber ordentlich und unterschiedlich beschreiben / wie desbalb hernach im 181. Articul / anfahend: Item / ein jeder Gerichtschreiber soll ꝛc. und in etlichen Blättern darnach / ein gemeine Anzeigung und Form solcher Beschreibung halber erfunden wird.

Ad Art. XV.

Posit. I.

Accusatore calumniæ suspicionem probatis indiciis sufficientibus, aut facinoris evidentia statim ab initio discutiente, cautio non nisi de lite prosequenda exigitur. conf. *L. 1. §. 3. ad SCtum Turpill.*

II. Scil. hæc res etiam jure Romano diligenter observata fuit lato SCto Turpilliano, Imperatore Nerone, Cajo Silio, & Marco Turpilliano Coss. anno 809. potissimum in tergiversatores, qui crimen publici judicii detulerunt, & causa criminis ordinata, i. e. factis inscriptionibus, & fidejussore de exercenda lite præstito, eoque, qui accusatur, sub custodia officii facto, non impetrata abolitione ab executione criminis destiterunt, quibus

& reliquis, qui adversus SCtum fecerint, pœna quinque librarum auri imponebatur *L. 1. L. 6. & L. 16. ff. ad SCtum Turpill. L. 3. §. ult. de prævaricat.*

III. Abolitionem vero petere licebat, quam pro re nata vel accusator, vel reus impetrabant, atque memoriæ causa illam abolitionem accusationis, hanc abolitionem criminis vocare licebit.

IV. Illa proprie huc pertinet, & privata vocatur, atque ob errorem, cognationem, ætatem, similesque causas indulgetur, *L. 2. C. de abolit. L. 16. & 30. C. ad L. Jul. de Adulteriis.*

V. Invito tamen reo, maxime, si ipse in vincula conjectus est, vel torturæ subjectus fuerit, abolitio non conceditur *l. ult. de abolit.* idque & hodie usu servari, *Schilterus* allato simul præjudicio testis est, *Exerc. ad ff 49. §. 153.*

VI. Neque alius, dimisso accusatore priori, postea accusare prohibetur, aut judicis officium inquirendi sufflaminatur, qua in re præsens abolitio, ab altera, quæ publica, vel criminis vocatur, imprimis differt.

VII. De officio actuarii, quod hic in altero praesentis Articuli membro describitur, ex parte supra dictum est ad art. V. & pluribus inferius dicetur.

ART. XVI.

Von unzweiffentlichen Missethaten.

SOllen sonderlich Richter und Urtheiler ermahnet seyn / wo eine Missethat ausserhalb redlicher Ursach / die von Peinlicher Straff rechtlich entschuldiget / offentlich und unzweiffentlich ist / oder gemacht würd / als so einer ohn rechtmäßig und gerungen Ursach / ein offentlicher / muthwilliger Feind / oder Friedbrecher wäre / oder so man einen an wahrer Ubelthat betritt: Auch so einer den gethanen Raub / oder Diebstahl wissentlich bey ihm hätte / und das mit keinem Grund widersprechen / oder aus rechtlichen Ursachen widerlegen möge / als hernach bey ieder gesatzter Peinlicher Straff (wann die Entschuldigung hat) funden wird. In solchen und dergleichen offentlichen / unzweiffentlichen

chen Ubelthaten / und so der Thäter die offen / unzweiffentlichen Ubelthat / freventlichen widersprechen wolte / so soll ihn der Richter mit Peinlicher / ernstlicher Frage / zur Bekäntnüß der Wahrheit halten / damit in solchen offentlichen / unzweiffentlichen Missehaten / die endlich Urtheil und Straff / mit dem wenigsten Kosten / als seyn kan / gefördert und vollnzogen werde.

Ad Art. XVI.

Posit. I.

IN crimine certo & liquido, ab accusato temere negato, an statim ad supplicium procedendum, an vero confessio per torturam exprimenda sit, non satis sibi constare videtur hæc constitutio, posterius enim *heic*, prius vero *art. 22. in fin. art. 67. & 69.* affirmatur.

II. Quam antinomiam ita conciliant: quoties crimen evidentissime probatum, & nulli excusationi locus est, toties statim ad pœnam descenditur.

III. At quando alterutrum deest, tortura adhibetur, idque frequentissime contingit, vix enim, si pauca crimina excipias, facinus aliquod evidens & inexcusabile dici potest.

IV. Quod vero *Matthias Stephani ad hunc art.* dicit, hoc loco sermonem esse de crimine notorio, in *art.* vero *69.* de crimine probato, ejus rei differentiam non satis intelligo.

V. Quemadmodum enim de notorietate multa jactantur inutilia, ita κατ' ἄνθρωπον dici posset, notoria non egere probatione, neque adeo tortura, quæ probationi æquipollet, & ea deficiente in subsidium adhibetur.

VI. Re vera autem notorietas probari debet, & probatu difficillima est, cum interim multo facilius probari potuisset veritas, si ex tot testibus, qui ad notorietatem requiruntur, saltem aliquot de veritate delicti examinentur.

VII. Neque obstat, quod Judicis attestatum de notorietate sufficere videatur; in causis enim capitalibus id non sufficit,

sed corpus delicti, autor facinoris, & proæresis malitiosa distincte probari debent, judici vero attestanti, non ulterius, quam de iis, quae coram ipso gesta sunt, creditur.

VIII. Missa itaque hac distinctione, alteri *posit. 2.* commemoratæ inhæremus, cum qua facile conciliari potest *Carpz. in Practica crimin. Quæst. 116. n. 33. - 86.* ubi integrum hoc argumentum luculenter exponit.

ART. XVII.

Wie der Ankläger / nach Verhafftung des Beklagten / nicht abscheiden soll / er hab dann zuforderst ein nämliche statt / wohin man ihm gerichtlich verkünden soll / benannt.

DEr Kläger soll auch / nach gefänglichen Annehmen des Beklagten / von dem Richter nicht abscheiden / er habe ihm dann ein nämlich Hauß / an einer Bequemen sichern ungefährlichen statt oder Ende / benennt / dahin fürter der Richter / alle gerichtliche nothdürfftige Verkündung / zuschicken / und sol der Kläger demjenigen / der ihm solche Verkündung zubringt / von einer ieden Meil / so er vom Gericht aus / zu ihm lauffen muß / einen ziemlichen Botenlohn / nach gemeiner ieden Landes-Arth-Gewohnheit / zu geben schuldig und pflichtig seyn: Und wie der Ankläger solch End benennet / soll der Gerichtsschreiber auch in die Gerichts-Acta schreiben.

AD ART. XVII.

Posit. I.

ACcusator peregre abiturus locum, quo citationes, aliæque intimationes insinuari possint, designare, & nunciis mercedem peracti itineris pro milliarium numero exsoluere tenetur.

II. Alicubi in causis civilibus æque ac criminalibus litigantes procuratorem in loco judicii constituere, eique potestatem, recipiendi citationes, concedere tenentur.

III. Cæ-

III. Cæterum cum accusatio hodie vix instituatur, nisi ab Advocato fisci, qui semper in loco domicilii degit, huic dispositioni fere locus non est.

Art. XVIII.

Von den Sachen/ daraus man redliche Anzeigungen einer Mißhandlung nehmen mag.

IN dieser Unser und des Heiligen Reichs Peinlichen Gerichts-Ordnung (als vor und nach stehet) ist gemeinen Rechten nach Annehmens und gefänglichhaltens/ auch Peinlicher Frag halber/ derjenigen/ so für Missethäter verdacht und verklagt werden/ und deß nicht geständig seyn/ auf redliche Anzeigung/ Wahrzeichen/ Argwohn und Verdacht der Mißhandlung gesetzt/ dieselbe Sachen/ oder Wahrzeichen/ so ein redlich gnügsam Anzeigung/ Argwohn/ oder Verdacht geben/ seynd nicht möglich alle zu beschreiben. Damit aber dennoch die Amtleut/ Richter und Urtheiler/ so sonst dieser Sachen nicht bericht seyn/ desto baß mercken mögen/ woraus eine redliche Anzeigung/ Argwohn oder Verdacht einer Mißhandlung/ kommen/ so sind deßhalben die nachfolgende Gleichniß einer redlichen Anzeigung/ Argwohns/ oder Verdachts/ wie das ein jeder nach seinem Teutschen nennen/ oder erkennen kan/ hernach gesetzt.

Art. XIX.

Von Begreiffung des Wörtleins/ Anzeigung.

WO wir nachmahls redliche Anzeigung melden/ da wollen wir allwegen/ redliche Wahrzeichen/ Argwohn/ Verdacht und Vermuthung auch gemeinet haben/ und damit die übrigen Wörter abschneiden.

Ad Art. XVIII. & XIX.

Posit. I.

INdicium est factum, vel facti vestigium, ex quo criminis conjectura capitur.

II. Quemadmodum vero facta humana infinitis modis variant, & delicta magis magisque in artis formam rediguntur, eademque occultandi media nova excogitantur, ita indicia universa sub certum numerum aut in classes certas compingere impossibile est.

III. Quamvis etiam leges aliquando ex factis indifferentibus siniſtri quid praesumere soleant, id tamen in materiis criminalibus, ob praejudicii enormitatem, locum non habet.

IV. Nempe non sola legum auctoritas, sed consequentia naturalis, & sufficiens ratiocinium, fallacia non causæ ut causæ haud corruptum, potissimam regulam hic suppeditat, & quae hic seqvuntur, indiciorum exempla ex naturali potius consequentia, quam legis dispositione effectum suum producunt.

V. Totam itaque rem prudentia & sagacitas judicis circumspecti atque diligens inspectio causarum & intentionis conficit.

VI. Atque hoc est, quando Indiciorum legitimorúm hic fit mentio, eines redlichen genugſamen Verdachts/ nempe non legibus humanis, sed probabilitate ex causarum circumstantiis deprompta innixorum, quæ aliam causam, præter delinquendi intentionem habere non præsumuntur.

VII. De Indiciis Crusius, Zangerus, Bocerus, Farinacius, aliique, qui de quæstionibus sive torturis commentati sunt, plenius agere solent; ea vel communia sunt omnibus delictis, vel certis & specialibus propria; deinde vel remota, vel propinqua, variis gradibus iterum inter se subdivisa.

VIII. De communibus indiciis usque ad art. 32. agitur, eaque vel non nisi plura conjunctim torturam operantur, de quibus *art. 25. sq.* vel singula. *art. 29. - 32.*

IX. Probatio semiplena, sive depositio unius testis de ipsa delicti consummatione, si testis sit omni exceptione major, indicio æquipollet quoad effectum, non vero ratione conceptus.

Art.

Art. XX.

Daß ohn redliche Anzeigung niemand soll Peinlich gefragt werden.

WO nicht zuvor redliche Anzeigung der Missethat/ darnach man fragen wolte/ vorhanden/ und beweist würde/ soll niemands gefragt werden/ und ob auch gleichwohl aus der Marter die Missethat bekant würde/ so soll doch der nicht geglaubt/ noch iemands darauff verurtheilt werden. Wo auch einige Obrigkeit oder Richter in solchem überführen/ sollen die dem/ so also wider Recht/ ohn die bewiesene Anzeigung gemartert wäre/ seiner Schmach/ Schmertzen/ Kosten und Schaden der Gebühr Ergötzung zu thun/ schuldig seyn.

Es soll auch keine Obrigkeit/ oder Richter in diesem Fall/ kein Urphede helffen schützen oder schirmen/ daß der Gepeinigte seine Schmach Schmertzen/ Kosten und Schaden mit Recht/ doch alle thätliche Handlung ausgeschlossen/ wie recht/ nicht suchen möge.

Ad Art. XX.

Posit. I.

TOrturam non esse legitimum & juri divino consentaneum eruendæ veritatis modum, judicat *Anthon. Matthæi de crimin. Lib. XLVIII. tit. 16. cap. 5.* & ex multis rationibus *Thomas. in Disp. de tortura ex foris Christianorum proscribenda*, quas omnes saltem tacite fateri coguntur torturæ propugnatores, obtenta solum ejus necessitate.

II. Eam saltem non sine prægnantissimis indiciis, de quibus judici, nisi ex sententia collegii Juridici decernere nunquam licet, neque nisi ob crimina pœnam corporis afflictivam inferentia, adhibere licet, ne modus eruendæ veritatis ipsa pœna sit gravior.

III. Quod si judex vel sine requisitione sententiæ torturam instituat, vel in modo excedat, obligatur 1) ad reparationem injuriæ,

injuriæ, dolorum, damnorum atque expensarum, de quibus *hoc art. 20.* item *art. 61. sub fin.*

IV. 2) ad emendam sive mulctam, quoties per torturam aliquis mutilatus aut debilitatus fuit, secundum æstimationem corporis aut membri læsi.

V. Quæ quidem Philosophia Juri Romano adversa, quippe quo liberi hominis corpus æstimationem non recipit, *L. 1. §. 5. ff. de his, qui effuderint vel dejecerint.* At legibus Germanicarum gentium convenientissima est.

VI. Imprimis jus Saxonicum tum pro qualitate personarum, **Landr.** *Lib. 3. art. 45.* tum ratione membri læsi, **Landr.** *Lib. 2. art. 16.* æstimationem determinat, cum eoque in plerisque consprat Jus Svevicum. **Landr.** *cap. 164. sq. & cap. 397.*

VII. Multo distinctius vero leges a Lindenbrogio collectæ, nempe Saxonum *cap. 1.* Frisionum *cap. 1. 2. 15. 20.* & additiones Sapientum *cap. 2.* Lex Angliorum *tit. 1. -- 5.* & reliquæ passim omnes, singulis membris, articulis, atque ossibus, singularem æstimationem imponunt.

VIII. Hodie passim loco dimidii Werigeldi pœna arbitraria & æstimatio membri rupti dictitatur. *P. 4. Const. Elect. Saxon. 42. in fin.* quarum exempla Carpzov. *in Pract. Crimin. Quæst. 99. n. 28. usque ad fin.* exhibet.

IX. Quin & ob torturam sine præcedente sententia bina vice susceptam, emendam mille florenorum judici diviti impositam fuisse, idem Carpz. *Quæst. 127. n. 44.* meminit.

X. 3.) Ad pœnam publicam, amittendæ jurisdictionis, mulctæ, relegationis, imo etiam corporis afflictivæ, & aliquando ultimi supplicii, si innocens sub tormentis vitam amiserit.

XI. Iis tamen casibus, ubi corporis afflictiva vel ultimum supplicium judici irrogatur, emenda privata cessat, per brocardicon vulgare: **Mit dem Tode büsset man dem Kläger.**

XII. Neque judicem liberat, vel innocentem accusatum ab actione instituenda removet, quod ipse urphedam præstiterit, quippe

quippe cujus effectus ad persecutionem judicialem non extenditur.

XIII. Hodie tamen Juramentum prius a Principe relaxandum est, ad effectum agendi, quod nonnullis absolutio ad cautelam rectissime vocari solet. *dixi pos. 57. ff. de Idict.*

Art. XXI.

Von Anzeigung derer / die mit Zauberey wahrzusagen sich unterstehen.

ES soll auch auff der Anzeigen / die aus Zauberey / oder andern Künsten wahrzusagen sich anmassen / niemands zu Gefängnüß / oder Peinlicher Frag angenommen / sondern dieselbe angemaßte Wahrsager und Ankläger sollen darum gestrafft werden. So auch der Richter darüber / auff solche der Wahrsager Angeben / weiter fürführe / soll er dem Gemarterten / Kosten / Schmertzen / Injurien und Schaden / wie im nechstobgesetzten Articul gemeldet / abzulegen schuldig seyn.

Ad Art. XXI.

Posit. I.

INdicia, ex artibus magicis suppeditata, nullius momenti habentur, imo ejusmodi hariolatores pœnis condignis affici jubentur.

II. Quæ res iis temporibus tanto magis monitu necessaria erat, quod artes variæ superstitiosæ ad eruendum criminis auctorem, vel delicti veritatem adhiberi soleverint.

III. Huc pertinebat primo: fluxus sanguinis ex corpore vel membro hominis iam pridem occisi, qualis indagatio das Baar-Recht vocatur, vid. *Schottel. de singularibus & antiquis in Germania juribus, cap. 3. integro.*

IV. Item projectio inquisiti in flumen vel lacum, quam hodieque in Saxonia Inferiori in exploratione sagarum, sed eo tantum casu usurpari mihi relatum est, quando persona suspecta

ad eam provocat, idque indicium cum Guilielmus Adolphus Scribonius edito opusculo *Francof. an. 1590.* defenderet, Otto Melander *in Resolut. Quæst. adversus fagas, Lichæ 1597. in 8vo. editis*, solide destruxit.

V. Atque hæc species est prisci juris Ordalii, des Ordel-Rechts/ de quo Schottel. *dicto tractatu, cap. 28. p. 547. - 559.* Joannes Christoph. Becmanus *Vol. 1. Disp. Acad. 1. de Judiciis DEI.*

VI. An etiam virgula mercurialis? Illustre exemplum, quod eruditos in Gallia ceterisque regnis valde exercuit, nobis exhibet rusticus Gallus, Jaques d' Aymar, qui latrones mediante virgula mercuriali accuratissime investigabat, vid. Tractatus a Matth. Willio ex Gallica lingva in Germanicam versus, Beschreibung der Wündschel-Ruthe/ *Norimb. 1694. in 8vo editus*, & Joannis Gothofredi Zeidleri *pantomysterium* der Wüntschel-Ruthe/ *p. 336. sqq.* verum hic modus apud Germanos nondum receptus est.

VII. Priores vero, tantum abest, ut Christianismo florescente desierint, ut potius auctoritate Cleri, sacrisque ceremoniis adhibitis, frequentati fuerint, vid. *Stephan. Baluzii Capitularia Regg. Francor. Tom. II. pag. 639. seqq.*

VIII. Huc aliquo modo etiam pertinent purgationes vulgares per ferrum candens, aquam fervidam, monomachiam, aliaque, quæ omnia tandem Jure Canonico interdicta sunt, vid. *tot. tit. X. de purgatione vulgari, ibique Interpretes. Becman. & Baluzius dd. ll.*

Art. XXII.

Daß auff Anzeigung einer Missethat/ allein Peinliche Frag/ und nicht ander Peinlich Straff soll erkannt werden.

ES ist auch zu mercken/ daß niemand auff einigerley Anzeigung/ Argwohn/ Wahrzeichen oder Verdacht/ endlich zu Peinlicher Straff

Straff soll verurtheilt werden / sondern allein Peinlich mag man darauff fragen / so die Anzeigung / als hernach funden würd / genugsam ist. Dann soll jemand endlich zu Peinlicher Straff verurtheilet werden / das muß aus eigen Bekennen oder Beweisung (wie an andern Enden in dieser Ordnung klärlich funden wird) beschehen / und nicht auff Vermuthung oder Anzeigen.

Art. XXIII.

Wie die gnugsame Anzeigung einer Missethat / bewiesen werden soll.

WJn iede gnugsame Anzeigung / darauff man Peinlich fragen mag / soll mit zweyen guten Zeugen bewiesen werden / wie dann in etlichen Articuln darnach / von genugsamer Beweisung / geschrieben stehet. Aber so die Hauptsach der Missethat / mit einem guten Zeugen bewiesen würde / dieselb / als ein halb Beweisung / machet ein gnugsame Anzeigung / als hernach in dem 30. Articul anfahend: Item / ein halb Beweisung / als so einer in der Hauptsache / ꝛc. funden wird.

Art. XXIV.

Daß man aus den nachgesetzten Anzeigungen in unbenennten / und hierinn unausgedruckten Argwönigkeiten der Missethat / Gleichniß nehmen möge.

DAus diesen nachgesetzten Articuln / von Argwohn und Anzeigung der Missethat sagend / soll in Fällen / so darinnen nicht benannt sind / Gleichniß genommen werden. Wenn nicht möglich ist / alle argwöhnige und verdächtliche Fälle und Umstände zu beschreiben.

Art. XXV.

Von gemeinen Argwohnen und Anzeigungen / so sich auff alle Missethat ziehen.

ERstlich / von argwöhnigen Theilen / mit anhangender Erklärung / wie / und wann die eine redliche Anzeigung machen mögen.

Item / so der Anzeigung / die in vielen nachgesetzten Articuln gemeldt /

meldt / und zu Peinlicher Frag genugsam verordnet sind / nicht haben mag / so soll man Erfahrung haben / nach dem nachfolgenden und dergleichen argwöhnigen Umständen / so man nicht alle beschreiben kan.

Erstlich / ob der Verdachte eine verwegene / oder leichtfertige Person / von bösem Leumuth und Gerüchte sey / daß man sich der Missethat zu ihr versehen möge / oder ob dieselbige Person / dergleichen Missethat vormahls geübet / unterstanden habe / oder beziehen worden sey. Doch soll solcher böser Leumuth nicht von Feinden / oder leichtfertigen Leuten / sondern von unpartheylichen redlichen Leuten kommen.

Zum Andern: Ob die verdachte Person an gefährlichen Orthen zu der That verdächtig gefunden / oder betreten würde.

Zum Dritten: Ob ein Thäter in der That / oder dieweil er auff dem Weg darzu oder davon geweſt / gesehen worden / und im Fall / so er nicht erkannt wäre / soll man Auffmerckung haben / ob die verdachte Person / eine solche Gestalt / Kleider / Waffen / Pferd oder anders habe / als der Thäter obbemeldter Massen gesehen worden.

Zum Vierdten: Ob die verdachte Person bey solchen Leuten Wohnungen / oder Gesellschafft habe / die dergleichen Missethat üben.

Zum Fünfften: Soll man in Beschädigungen / oder in Verletzung wahrnehmen / ob die verdachte Person aus Neid / Feindschafft / vorgebender Trawe / oder Gewartung einiger Nutz / zu der gedachten Missethat Ursach nehmen möchte.

Zum Sechsten / so ein Verletzter / oder Beschädigter / aus etzlichen Uhrsachen iemand der Missethat selbst zeihet / darauff stirbt / oder bey seinem Eyd betheuret.

Zum Siebenden / so iemand einer Missethat halb flüchtig würde.

Art. XXVI.

Vom Achten gemeinen Argwohn.

So einer mit dem andern um groß Gut rechtet / daß dazu den Mehrertheil seiner Nahrung / Haab und Vermögens antrifft / der wird für einen Mißgönner / und grossen Feind seines Widertheils geacht.

acht. Darum/so der Widertheil heimlich ermordet wird/ ist eine Vermuthung wider diesen Theil/ daß er solchen Mord gethan hab: und wo sonst die Person ihres Wesens verdächtlich wäre/ daß er den Mord gethan/ die mag man/ wo er derhalb nicht redliche Entschuldigung hätte/ gefänglich annehmen/ und peinlich fragen.

Art. XXVII.

Ein Regul/ wenn die vorgemeldten Argwohnungen/ Theil/ oder Stück/ sämentlich oder sonderlich ein gnugsam Anzeigung zu Peinlicher Frage machen.

IM nechsten obgesetzten Articul werden acht argwöhnige Theil/ oder Stück/ von Anzeigung peinlicher Frag/ funden: derselbigen argwöhnigen Theil/ oder Stück/ ist keines allein zu redlicher Anzeigung/ darauff Peinliche Frage mag gebraucht werden/ gnugsam. Wo aber solcher argwöhnigen Theil oder Stück/ etliche bey einander auff iemand erfunden werden/ so sollen die jenigen/ den Peinlicher Frage halber zu erkennen gebühret/ ermessen/ ob dieselben obbestimmten/ oder dergleichen erfunden argwöhniche Theil oder Stück/ so viel redlicher Anzeigung der verdachten Missethat thun mögen/ als die nachfolgenden Articul/ der ein ieder allein ein redliche Anzeigung macht/ und zu Peinlicher Frag gnugsam ist/ ꝛc.

Art. XXIIX.

Aber eine Regul/ in obgemeldten Sachen.

MErcke ist zu bedencken/ wenn iemand einer Missethat mit etlichen argwöhnigen Theilen oder Stücken/ als vorstehet/ verdacht wird/ daß allweg Zweyerley gar eben wahr genommen werden sollen. Erstlich/ die Ursach der erfunden Argwöhnigkeit. Zum andern/ was die verdachte Person/ guter Vermuthung/ die sie von der Missethat entschuldigen mögen/ für sich hab. Und so dann daraus ermessen mag werden/ daß die Ursachen des Argwohns grösser sind/ dann die Ursach der Entschuldigung/ so mag alsdann Peinliche Frag gebraucht werden. Wo aber die Ursachen der Entschuldigung ein mehrer Ansehen

und Achtung haben / dann etliche geringere Anwöhnigkeit / so erfunden seyn / so soll die Peinliche Frag nicht gebraucht werden. Und so in diesen Dingen gezweiffelt würde / sollen diejenigen / so Peinlicher Frage halber zu erkennen / und zu handeln gebühret / bey den Rechts-verständigen / und an Enden und Orten / wie zu Ende unser Ordnung angezeigt / Raths pflegen.

Ad Art. XXII - XXVIII.

Posit. I.

EX solis indiciis nemo ad pœnam sustinendam condemnari debet, sed vel ad juramentum purgatorium, vel ad torturam.

II. Delictum enim revera commissum, & inquisitum ejus auctorem esse, prius luce meridiana clarius probari debet, quam pœna infligi possit.

III. Quin & indicia plene probanda sunt, vel documentis recognitis, vel inquisiti confessione Judiciali, vel duobus testibus, non idoneis solum, sed & omni exceptione majoribus.

IV. Ea vero vel non nisi conjunctim torturam operantur, vel etiam singula, ut supra monitum est; atque de priori genere hic agendum.

V. Horum *primum* est vita ante acta, & utrum ex ea criminis commissi præsumtio capi possit, nam semel malus semper talis præsumitur, *cap. 8. de Regulis Juris in VIto.*

VI. Quod in delictis ejusdem Generis, sive mediati, sive immediati, non vero diversi generis procedit, vid. Magnif. Hornii *Tract. de semel malo, semper malo, cap. II. §. 14. sqq.*

VII. Huc etiam mala fama pertinere dicitur, dummodo ea non ab inimicis, aut profligatæ levitatis hominibus, sed ab hominibus cordatis originem trahat.

VIII. Verum hoc argumentum valde lubricum est, & obscurissimæ originis, neque facile hominis vilioris aut pauperis causa in primum famæ autorem per tot ambages inquiritur, certe, licet id fiat, is difficulter & rarissime exquiritur.

IX.

IX. Hinc merito etiam leviores in contrarium conjecturæ huic indicio elidendo sufficere judicantur, utpote attestatum confessionarii, vel domini famulum dimittentis, der Abschied.

X. *Alterum* est, si quis in loco suspecto insolito more deprehendatur, ibique deinde crimen commissum esse innotescat.

XI. *Tertium*, si quis, quantum ad staturam, arma, vestes, & similia delinquenti in actu criminis reperto, vel ex loco patrati facinoris profugo similis reperiatur.

XII. *Quartum* conversatio vel cohabitatio cum facinorosis, nisi suspectus vel ipsorum vitæ genus ignoret, quod in dubio præsumitur, vel sufficientes conversationis causas exponat.

XIII. *Quintum*, & quidem in criminibus, quibus damnum hostile infertur, inimicitiæ & invidia cum comminatione, vel spe emolumenti singularis conjunctæ.

XIV. Dummodo capitales fuerint inimicitiæ, quæ tamen neque ex publica earum professione, neqve ex mota quæstione status, neque ex lite judiciali majoris momenti, accurate dijudicantur.

XV. Quin potius intelliguntur de odio radices agente, atque tali, quod vatinianum & internecinum vocatur, atque animum ita exasperat, ut nisi extrema vindicta placari & aboleri non possit.

XVI. Sed & præterea requiritur, ut minæ ab eo processerint, cui voluntas & facultas easdem exequendi non deesse præsumitur, utque certum ac definitum damnum contineant, quod paulo post insequatur.

XVII. *Sextum*, moribundi affirmatio vel morte, vel jurejurando confirmata.

XVIII. Verum hæc sæpe lubricum indicium præbet, tum quia errare facillimum est, tum quia vel animi rancor, vel philautia judicium proprium impedit, atque mors revocationem anticipare facillime potest.

XIX. Adde, quod unicus testis de ipsa delicti consummatione, nisi

nisi omni exceptione major sit, indicium ad torturam non faciat; testis vero in propria causa nihil omnino regulariter probet, ut adeo rectissime, licet non satis eleganter & verecunde dixerint veteres: non omnem morientem esse Johannem Evangelistam. *Conf. Const. Elect. Saxon. inedita XXIX.*

XX. *Septimo*, fuga, quæ tamen post motam demum inquisitionem fugientem suspectum reddit.

XXI. Verum & tunc leve indicium est, atque ab interpretibus tot ejus requisita coacervantur, ut rarissime inde torturæ effectus oriri possit, *vid. Clasenius ad art. 25.*

XXII. *Octavo*, inimicitiæ ex hac super maxima parte bonorum oriunda contractæ, dummodo reus persona levis & ad damnum inferendum prona sit.

XXIII. Hisce indiciis in *art. 25. sqq.*. commemoratis addenda sunt:

XXIV. *Nono*, variatio inquisiti, quando ipse in responsionibus de crimine ejusque circumstantiis sibi non constat, præsertim si plus una vice vacillet.

XXV. Quam ob rem, atque ut reus variationis tanto magis convinci possit, eidem responsiones factas e vestigio iterum prælegere præstat.

XXVI. *Decimo*, trepidationem quoque, quando reus ad objectionem criminis contremiscit, expallescit, vel rubore suffunditur, huc referunt, quæ tamen cum ex pluribus aliis causis oriri possint, maxime, si in loco judicii observentur, vel levissimum, vel nullum indicium præbent.

XXVII. Idem dicendum *undecimo* de hæsitatione, vel silentio suspecti extrajudiciali, quis enim cuilibet ad quasvis quæstiones probrosas, temere objectas, respondere tenetur?

XXIIX. Imo & silentium in judicio neque confessionem, neque sine aliis indiciis torturam operatur.

XXIX. *Duodecimo*, nominatio complicis, quæ huc vulgo etiam refertur, per se ne quidem ad inquirendum, nedum ad torturam sufficit.

XXX.

XXX. Quod limitant, nisi ipse socius ex nominatione sibi detrimentum conciliet, v. g. si puella maritum secum concubuisse dicat, quæ tamen limitatio non sine multis aliis circumstantiis attendi meretur.

XXXI. Idemque dicendum, si delinquens alium hoc sibi crimen mandasse dicat, nam & ipse socius criminis est.

XXXII. *Decimo tertio*, magis huc pertinet, si quis pecuniam obtulerit, vel dederit, ne quis eum ad judicem deferat.

XXXIII. *Decimo quarto*, pro indicio urgente vulgo venditant, si quis, cujus non interest, ultro & instanter urgeat, ut de auctore facinoris inquiratur. Quod, si fiat cum alicujus suggestione, facile largior, posse id pro indicio, quamvis debili & valde remoto, haberi; at si inquisitio in genere urgeatur, nulla ratio est, cur id a delinquente fiat.

XXXIV. Et quid dicetur de hypothesi juris Romani: persecutionem publicorum judiciorum cuilibet ex populo patere. *pr. I. de publ. Judic.*

XXXV. Certe non sufficit responsio, id per modum accusationis potius fieri debere: facile enim replicabitur, inquisitionem hodie in accusationis locum successisse, neque minus, quam istam, pro medio ordinario haberi; probi civis officium esse pœnam delictorum urgere; atque commodius aliquem monendi officio defungi, quam ut tot sumtus in accusationis processum impendat.

XXXVI. *Decimo quinto*, reticentia criminis committendi, cujus quis ignarus non est, collusionis indicium præbere non potest, quamdiu DD. uno ore profitentur, neminem ad crimen futurum detegendum perfecte obligari, excepto crimine Majestatis.

XXXVII. Fragile quoque, *decimo sexto*, indicium est, si quis alterum secreto in aurem allocutus sit, atque hic e vestigio homicidium, incendium, furtum, aliudve crimen commiserit, illum crimen huic svasisse vel mandasse.

XXXVIII. Neque firmius desumitur ex vociferationibus contra aliquem, ex domo, in qua crimen enorme commissum est, exeuntem.

XXXIX. Porro *decimo septimo*, si quis in alterius ædibus vel fundo occisus reperiatur, eum a domino ædium occisum esse, dici vel præsumi non potest, nisi reperiatur in conclavi, ad quod, nisi sciente domino, aditus nemini patet.

XL. *Decimo octavo*, prægnantius indicium est, si quis venenum, aut arma insolita emat, vel arma consveta insolito more acuat, præparetve, & paulo post cædes secuta sit.

XLI. Denique tetra Physiognomia, temperamentum, natio, professio, quae apud plebem male audit, modo illicita non sit, nuptiæ cum vitiata, & similia, nullius plane momenti sunt.

XLII. Neque hæc indicia singula unquam, neque conjuncta semper, sed pro arbitrio judicis torturam operantur. *art. 27.*

XLIII. Scil. eo respiciendum, utrum major probabilitas excusationi rei, an indiciis tribui mereatur. *art. 29.* Unde iterum patet, defensionem etiam ex officio torturæ necessario præmittendam esse.

Art. XXIX.

Gemeine ungezweiffelte Anzeigungen / deren jegliche allein zu Peinlicher Frage genugsam ist.

So einer in Ubung der That etwas verleuret / oder hinter ihm liegen / oder fallen läst / daß man hernachmahls finden / und ermessen mag / daß es des Thäters gewesen ist / mit Erkündigung / wer solches am nechsten vor den Verlust gehabt hat / ist Peinlich zu fragen: er würde dann etwas dargegen fürwenden / wo es sich erfünde / oder bewiesen würde / daß es bemeldten Argwohn ableynet: alsdenn soll dieselbe Entschuldigung vor aller peinlicher Frage zu erfahren / fürgenommen werden.

Art. XXX.

Von einer halben Beweisung.

Ein halbe Beweisung / als / so einer in der Hauptsach die Missethat gründ-

gründlich mit einem eintzigen guten tugendlichen Zeugen / als hernach von guten Zeugen und Weisungen gesagt ist / beweiset / das heist und ist eine halbe Beweisung: und solche halbe Beweisung macht auch eine redliche Anzeigung / Argwohn / oder Verdacht der Missethat. Aber so einer etliche Umstände / Wahrzeichen / Anzeigung / Argwohn / oder Verdacht beweisen wil / das soll er zum allerwenigsten mit zween guten / tüglichen / unverwerflichen Zeugen thun.

Art. XXXI.

So ein überwundener Missethäter / seinen Helffer in der Gefängnüß besagt.

So ein überwundener Missethäter / der in seiner Missethat Helffer gehabt / iemand in der Gefängniß besagt / der ihm zu seiner geübten erfunden Missethat geholffen habe / ist auch ein Argwöhnligkeit wider den Besagten / so fern bey solcher Besagung nachfolgende Umstände und Ding gehalten und erfunden werden.

Erstlich / daß dem Sager die besagt Person / in der Marter mit Nahmen nicht fürgehalten / und also auff dieselbige Person sonderlich nicht gefragt / oder gemartert worden sey / sondern / daß er in gemein befragt / wer ihm zu seiner Mißethaten geholffen / den Besagten von ihm selbst bedacht / und benannt habe.

Zum Andern / gebühret sich / daß derselbig Sager gar eygentlich gefragt werde / wie / wo / und wann ihm der Besagt geholffen / und was Gesellschafft er mit ihm gehabt habe / und / in solchem soll man den Sager fragen / aller möglicher und Nothdürfftiger Umstände / die nach Gelegenheit und Gestalt jeder Sach / allerbest zu nachfolgender Erfindung der Wahrheit dienstlich seyn mögen / die allhie nicht alle beschrieben werden / aber ein ieder Fleissiger und Verständiger selbst wohl bedencken kan.

Zum Dritten / gebühret sichs zu erkunden / ob der Sager in sonderer Feindschafft / Unwillen / oder Widerwertigkeit / mit dem Besagten stehe. Dann wo solche Feindschafft / Unwillen / oder Widerwärtigkeit / offentlich wär / oder erkündiget würde / so wäre dem Sager / sol-

cher Sag / wider den Besagten / nicht zu glauben / er zeige dann deshalb sonst so gläublich redliche Uhrsach und Warzeichen an / die man auch in Erkündigung erfünde / die ein redliche Anzeigung machen.

Zum Vierdten / daß die besagte Person also argwöhnlich sey / daß man sich der besagten Missethat zu ihr versehen möge.

Zum Fünfften / so soll der Sager auff der Besagung beständig bleiben: Jedoch so haben etliche Beichtväter ein Mißbrauch / daß sie die Armen in der Beicht unterweisen / ihre Sag / so sie mit Wahrheit gethan haben / am letzten zu widerruffen: Das soll man / so viel das geseyn kan / bey den Beichtvätern fürkommen / wann niemand geziemt wider den gemeinen Nutz den Ubelthätern ihre Boßheit decken zu helffen / die den unschuldigen Menschen zu Nachtheil kommen mag. Wo aber der Sager sein Besagung oder dargeben / am letzten widerrufft / die er doch vor mit guten erzehlten Umständen gethan hätte / und geacht möcht werden / er wolt seinen Helffern damit zu gut handeln / oder daß er vielleicht des durch seinen Beichtvater / als obgemeldt ist / unterwiesen wär: Alsdann muß man ansehen des Sagers angezeigte und andere erkündigte Umstände / und daraus ermessen / ob die Versagung ein redlich Anzeigung der Missethat geb / oder nicht. Und in solchem ist sonderlich auch ein auffsehens zu haben / und zu erfahren / den guten / oder bösen Stand und Leumuth des versagten / und was Gemeinschafft / oder Gesellschafft er mit dem Versager gehabt habe.

Art. XXXII.

So einer von ihm selbst ungenöhter Ding gesagt hätte / daß er die Beklagte oder verdachte Missethat gethan hätte.

So einer / wie vor / von gantzer Weisung / gesagt ist / gnugsam überwiesen wird / daß er von ihm selbst Ruhms oder ander weiß / ungenöhter Ding gesagt hät / daß er die beklagte oder verdachte Missethat gethan / oder solche Missethat vor der Geschicht zu thun gedrohen hätte / und die That auch darauff in kurtzer Zeit erfolgt wäre / und es wäre eine solche Person / daß man sich derselben That zu ihr versehen mag / wird

auch

auch für eine redliche Anzeigung der Missethat gehalten/ und ist Peinlich darauff zu fragen.

Ad Art. XXIX- XXXII.

Posit. I.

SEquuntur indicia, quæ singula, nisi circumstantiis contrariis elidantur, ab Imperatore ad torturam sufficere dicuntur, quamvis experientia doceat, rarissime eadem, nisi cum aliis combinata, hunc effectum producere.

II. Talia sunt *primo*, siquid in loco facinoris reperiatur, quod ad inquisitum spectat, v. g. Pileus, sudarium, gladius aut vagina, & similia.

III. *Secundo*, semiplena criminis consummati probatio, de qua jam supra dictum est.

IV. *Tertio*, nominatio socii criminis, in tortura facta, (a) dummodo fiat 1.) ad interrogationem generalem: Wer ihm dazu geholffen/ oder Rath und Anschlag darzu gegeben/ non vero ad sug-

a) Ejus analogum est, si puella prægnans ab obstetrice severe (plerumque sub comminatione denegationis suppetiarum in partu) admoneatur, ne imprægnatorem dissimulet. Quod remedium Facultati Juridicæ Halensi placuisse observavi mens. Decembr. 1711. in causa Inquisit. contra Johann S. & Gertraudt Elisabeth S. ad Senatum Oppidanum Osterburgensem: Es wird auch der Inquisitin, G. E. S. bey ihrer instehenden Niederkunfft durch die Wehemutter scharff zugeredet/ daß sie die reine lautere Warheit sagen/ und wer der eigentliche Vater zum Kinde sey/ aufrichtig anzeigen solle. Vbi in rationibus decidendi: Dieweil Inquisitin anfänglich auff einen Schuknecht bekandt/ sie auch hernach/ da sie bereits Johann S. als Vater zum Kinde angegeben/ annoch darbey bleibet/ daß/ nachdem sie von S. bereits geschwängert gewesen/ sie nichts desto minder mit gedachten Schuknechte sich fleischlich vermischet/ woraus erhellet/ daß Inquisitin variiret/ und sie eine gar liederliche Weibesperson sey/ auff deren Aussage allein nicht viel zu bauen/ hergegen aber darauff etwas mehr zu sehen wäre/ wenn sie in doloribus partus bey ih-

gestionem, ob nicht Sempronius ihm darzu geholffen. 2.) quando inquisitus aliquem nominavit, ut in circumstantiarum (de quibus ante omnia interrogandus est,) veritatem inquiratur, quia hæ novum quasi corpus delicti constituunt, 3.) ut dispiciat, an nominans cum nominato inimicitias aluerit, & an nominatus persona levis sit, in quam ejus criminis suspicio facile cadit. 4.) ut nominans, quæ dixit, post torturam non revocet. *art. XXXI.* ubi sacerdotes confessionarii monentur, ne facinorosos ad revocandam nominationem persvadeant.

V. *Quarto*, jactabunda vel spontanea criminis commissi vel committendi confessio, extra judicium facta, ad quam tamen plures circumstantias adminiculantes prudentissime requirit Anton. Matth. *de criminibus L. 48. tit. XVI. c. 3. n. 10.* ubi ad *legem* 1. §. *ult. de quæstionibus* respondet. Vid. *art. XXXII.*

Von Anzeigung/ so sich auff sonderliche Missethaten ziehen/ und ist ein jeder Articul zu rechtlicher Anzeigung derselben Missethat genugsam/ und darauff Peinlich zu fragen.

Art XXXIII.

Von Mord/ der heimlich geschicht/ genugsame Anzeigung.

Item/

rem Angeben verbleiben solte/ &c. Cumque deinde Inquisita in actu pariendi constanter herum suum J. S. qui maritus erat, nominasset, idem Collegium mens. Majo 1711. Inquisitioni eum subjiciendum esse pronunciavit, additis decidendi rationibus: D. q. d. Inquisitin ihre Beschuldigung/ daß S. Vater zum Kinde sey/ in den grösten Geburths-Schmertzen wiederhohlet/ welches dann eben von solchem Effect zu achten/ als wenn es sub tortura beschehen/ Crusius de indiciis, P. 1. cap. 10. n. 15. und dann expediti juris, quod nominatio personæ adulteratæ sub tortura indicium admodum urgens præbeat, Carpz. *Qu.* 121. n. 28. Hucusque Halenses. Sed non minori probabilitate defenditur a Mevio *ad Jus Lubec. P. 4. Tit. 5. art. 1.* & Granzio *in Defens. Inquisit. pag. 480.* mulieris assertioni etiam in partu confirmatæ fidem habendam non esse.

ITem/ so der Verdachte und Beklagte des Mords halber/ um dieselbige Zeit/ als der Mord geschehen/ verdächtlicher Weiß/ mit blutigen Kleidern/ oder Waffen gesehen worden/ oder/ ob er des Ermordeten Haab genommen/ verkaufft/ vergeben/ oder noch bey ihm hätte/ das ist für ein redlich Anzeigen anzunehmen/ und Peinliche Frag zu gebrauchen/ er könte denn solchen Verdacht mit gläublicher Anzeig oder Beweisung ableynen/ das soll vor aller Peinlicher Frag gehört werden.

Art. XXXIV.

Von öffentlichen Todtschlägen/ so in Schlagen oder Rumorn unter vielen Leuten geschehen/ daß niemand gethan will haben/ gnugsam Anzeigung.

TOdtschläge/ so in offenbahren Schlagen oder Rumoren beschehen/ daß niemand Thäter seyn will: Ist dann der Verdacht bey dem Schlagen auch mit dem Entleibten widerwertig gewest/ sein Messer gewonnen/ und auf den Entleibten gestochen/ gehauen/ oder sonsten mit gefährlichen Streichen geschlagen hat: Solches ist ein redliche Anzeigung der geübten That halber/ und Peinlich zu fragen/ wird solcher Verdacht noch mehr gestärcket/ wo sein Wehr blutig gesehen worden wäre. Wo aber solcher/ oder dergleichen nicht vorhanden/ ob er dann gleich ungefährlicher Weiß bey dem Handel gewesen/ soll er Peinlich nicht gefragt werden.

Art. XXXV.

Von heimlichem Kindhaben/ und tödten/ durch ihre Mütter/ gnugsame Anzeigung.

SO man eine Dirne/ so für eine Jungfrau gehet/ im Argwohn hat/ daß sie heimlich ein Kind gehabt/ und ertödtet habe/ soll man sonderlich erkunden/ ob sie mit einem grossen ungewöhnlichen Leib gesehen worden sey: Mehr/ ob ihr der Leib kleiner worden/ und darnach bleich und schwach gewest sey: So solches und dergleichen erfun-

erfunden wird/ wo dann dieselbige Dirne ein Person ist/ darzu man sich der verdachten That versehen mag/ soll die durch verständige Frauen an heimlichen Stätten/ als zu weiter Erfahrung dienstlich ist/ besichtiget werden/ würde sie dann daselbst auch argwöhnig erfunden/ und will der That dennoch nicht bekennen/ mag man sie Peinlich fragen.

Art. XXXVI.

Ein andere Anzeigung/ begangener Kinder-Mord.

WO aber das Kindlein/ so kürtzlich ertödtet worden ist/ daß der Mutter die Milch in den Brüsten noch nicht vergangen/ die mag an ihren Brüsten gemolcken werden/ welcher dann in den Brüsten recht vollkommene Milch funden wird/ die hat deshalb ein starcke Vermuthung Peinlicher Frage halben wider sich. Nachdem aber etliche Leib-Aertzt sagen/ daß aus etlichen natürlichen Ursachen etwan eine/ die kein Kind getragen/ Milch in den Brüsten haben möge/ darum/ so sich eine Dirne in diesen Fällen also entschuldiget/ soll deshalben durch die Hebammen/ oder sonsten/ weitere Erfahrung geschehen.

Art. XXXVII.

Von heimlichem Vergeben/ gnugsame Anzeigung.

ITem/ so der Verdachte überwiesen wird/ daß er Gifft gekaufft/ oder sonst damit umgangen/ und der Verdachte mit dem Vergifften in Uneinigkeit geweſt/ oder aber von seinem Todt/ Vortheils oder Nutz wartend wäre/ oder sonst ein leichtfertige Person/ zu der man sich der That versehen möchte/ das macht ein redliche Anzeigung der Missethat/ er könne dann mit glaublichen Schein anzeigen/ daß er solch Gifft zu andern unsträfflichen Sachen gebraucht hätte/ oder brauchen wollen.

So

So einer Gifft kaufft/ und des vor der Obrigkeit in läugnen stünde/ und doch des Kauffs überwiesen würde/ macht auch gnugsam Ursach zu fragen/ worzu er solch Gifft gebraucht/ oder brauchen wollen.

Es sollen auch alle Obrigkeiten an jeden Orten/ die Apotheker und ander/ so Gifft verkauffen/ oder damit handthieren/ in Gelübd und Eyd nehmen/ daß sie niemand einig Gifft verkauffen/ noch zustellen/ ohne Anzeigung/ Vorwissen und Erlaubung derselben Obrigkeit.

Ad Art. XXXIII. -- XXXVII.

Posit. I.

INdicia criminum singulorum specialia traditurus Imperator, eorum singula ad torturam sufficere præmonet, ipse tamen in singulis fere articulis ab hac hypothesi sua discedit. vid. *art. 35. 36. 37. & passim.*

II. Scil. si, quod res est, dicere liceat, nullum omnino indicium, quantum quantum illud sit, absque aliis adminiculis solum ad torturam sufficit.

III. Homicidii clandestini indicium est, si reus tempore homicidii commissi visus vel deprehensus fuerit, cum armis & vestimentis sangvine conspersis, licet non in loco criminis conspiciatur.

IV. Qvod extendunt, ut is, qui in loco homicidii ab alio patrati reperitur, indicium societatis criminis adversus se excitet, maxime si perpetrato delicto cum autore facinoris discedat.

V. Verum hæc extensio indicium leviſſimum, nec majoris ponderis constituit, quam parœmia germanica: mit gefangen/ mit gehangen.

VI. Alterum indicium est, si penes reum aliquid ex bonis, vel rebus occisi inveniatur, vel ipse tale qvid alienasse aut abjecisse convincatur.

VII. Quod tantum intelligendum de bonis, quæ occisus, dum impeteretur, secum habuit, non de iis, quæ in domicilio reliquit, nisi in ipsis ædibus suis trucidetur.

VIII. Quando homicidium in turba commissum est, indicium certi auctoris præbent evaginatio gladii atque ictus occiso intentati, maxime, si arma, sangvine madentia, reperiantur.

IX. Potissimum vero indicium oritur ex vulneris cum armis convenientia, quando ea quidem haberi potest.

X. At, ubi nemo præ reliquis gravatur, tortura non omnibus peræque imminet, sed omnino cessat, idque in *Constit. Elect. Saxon. VII. P. IV.* expresse cavetur.

XI. Indicia infanticidii a stuprata occulte commissi depromuntur primo ex nimio, sed subito evanescente uteri tumore, accedente pallore & virium infirmitate.

XII. Quæ id operantur, ut, superveniente fama siniſtra, ventris inspectio per obstetrices & matronas hac in re probe versatas institui possit.

XIII. Ex quo tamen non conficitur, virginitatem ex corporis inspectione probari posse, quod defensionis medium contra urgentia adulterii & incestus indicia adhibitum merito rejecit Facult. Jurid. Witteb. *in præjudicio 12mo, quod disputationi de abrogato liberationis ab indebito subjunximus.*

XIV. Olim quidem aliud in Germania obtinuisse, ex iis, quæ Lehmannus *in Chron. Spirens. Lib. VII. cap. XI. n. 1* in medium profert, forte colligitur, sed vide, quæ ad istam historiam observat Hertius *in Dissert. de inspection. oculari, Opusculorum Tomo III. p. 229.*

XV. Scil. in nostro argumento inspectio saltem adhibetur ad inquirenda recentis partus vestigia, quæ sensuum experientiam haud adeo fugere possunt.

XVI. Secundo ex lacte in mammis reperto, ubi tamen in *art. 36.* notanter reqviritur recht vollkommene Milch/ aqua enim subdulcis, quæ tamen neque albedine, neque crassitie lac omnino

no adæquat, ex menſium ſuppreſſione, aliisque cauſis in mammas etiam earum, quæ florem ſanctiſſime ſervant, aliquando protruditur.

XVII. Unde eſt, quod ipſe Imperator de hujus indicii pondere ſubdubitet, atque obſtetricum explorationem requirat, qua in re etiam ſi quæſtio ſit majoris momenti, medicorum judicium exquirere præſtat.

XVIII. Ceterum quantacunque ſint hæc indicia, parum tamen fidei conciliant, quamdiu de corpore delicti, (infantis ſcil. exiſtentia) non conſtat.

XIX. Sæpius vero accidit, ut infans mortuus reperiatur, quem mater ante nativitatem vita functum eſſe contendit.

XX. Ibi cadaver ante omnia intus & extus probe inſpiciendum, an violentiæ veſtigia appareant.

XXI. Quibus deficientibus pulmonum exploratio maximum momentum afferre mihi videtur, ii enim, aquæ injecti, quando ſubmerguntur, indicium infantis ante, vel in ipſo partu mortui; quando vero ſupernatantes eminent, indicium mortis poſt partum præbent, prout præter multiplicem experientiam reſponſum medicum *in not. Dn. Ludovici ad art. XXXV. p. 36.* confirmat.

XXII. Sed in hoc experimento caute procedendum eſt, & *primo* diſpiciendum, an cadaver adhuc recens ſit, quando enim putredine reſolvi pulmones incipiunt, & fœtorem ſpargunt, licet extrinſecus aërem non hauſerint, in aqua tamen eminent, quando quidem in mediis eorum penetralibus, fermentum aërem generat, ex tumoris incremento facile cognoſcendum.

XXIII. *Secundo* fallit ſubmerſio pulmonum, quando eorum pars, ſcirrhoſa calculisve oppleta, reſiduum ad ſe trahit, quo caſu eos in partes ſecare, & quando quædam ſupernatant, diligenter examinare præſtat, quam ob cauſam reliquæ in fundo ſubſideant.

XXIV. Verum præter has cautiones aliis etiam rationibus rem dubiam reddere quidam medici nituntur. (1) quia infans jam natus nondum respirat, quamdiu involucris nondum exemtus est.

XXV. 2.) Fieri posse, ut infans ex parte natus respiret, & tamen ante moriatur, quam totus a matre separetur.

XXVI. 3.) Sæpe fieri, ut pulmones infantis in partu jam mortui, a mulierculis, quæ eum adhuc vivere credunt, inspirato aëre expandantur, wenn sie ihm starck in das Mündgen blasen.

XXVII. Sed in genere respondeo: sufficit, supernatationem pulmonum necessario arguere vel respirationem, vel inspirationem aëris ab alio factam, posterius vero nunquam fit simile, si quæ sola, & aliorum ope destituta prolem illegitimam peperit.

XXIIX. Itaque talismodi proles respiravit: respirasse vero & antequam totus excludatur, mortuum esse, sine dolo vel culpa matris, iterum naturaliter fere impossibile est: nam capite nondum excluso non respirat; at excluso capite corpus reliquum facillime, absque mortis periculo subsequitur.

XXIX. Denique ut infans lymphæ innatans illæsis involucris nascatur, impossibile est; iis vero ruptis, licet caput adhuc circumdent, partum non respirasse, nemo affirmare audebit, qui vim aeris undique irruentis perpendit.

XXX. Veneficii occulti indicium est, 1) veneni emtio vel præparatio, dummodo accedant vel inimicitiæ adversus eum, qui malo leto periit, vel emolumentum ex ipsius morte capessendum, & cumprimis levitas personæ, quæ hujus criminis arguitur.

XXXI. Negatio personæ suspectæ, se venenum emisse, cujus tamen ipsa postea convincitur, suspicionem excitat: eam id illicito usui applicare voluisse.

XXXII. Quotiescunque enim aliquis facti per se non illiciti, quod

quod negat, convincitur, toties præsumtionem criminis adversus se excitat.

XXXIII. Demum magistratibus injungitur, ut pharmacopolas, & omnes mercatores, qui venena in partem negotiationis computant, jurejurando constringant, ne cuiquam, nisi præscio & permittente magistratu venenum vendant, *vid. Carpzov. P. I. Quæst. 20. n. 7. sqq.*

XXXIV. Quod quidem hodie eatenus saltem servatur, ne personis ignotis vel suspectis venenum tradere liceat, notæ vero perspectæque honestatis viris, quoties ipsi oblato chirographo & indicata causa venenum petunt, absque magistratus præscitu gratificare permissum est.

XXXV. Ista vero prohibitio extenditur, ne medicamina purgantia, vomitoria, aut vehementia sudorifera, quippe abortum procurantia, minime vero *sabinam*, quæ plerisque in locis specialissime interdicta est, absque medici requisitione cuiquam vendant. *Ordinat. Med. Gothana de anno 1694. cap. 2. item Brandeburgica tit.* von Apothekern. *§. 14. Ammannus in Medicina critica, casu 6. & 606. Klok. de ærario lib. 2. cap. 15. n. 25. & 27.*

Art. XXXVIII.

Von Verdacht der Räuber/ gnugsame Anzeigung.

ITem/ so erfunden würde/ daß iemand der Güter/ so geraubt sind/ bey ihm/ oder dieselben verkaufft/ übergeben/ oder in andere Gestalt/ damit verdächtlicher Weiß gehandelt/ und seinen Verkäuffer und Wehrmann nicht anzeigen wolte/ der hat ein redliches Anzeigen solches Raubs halber wider sich/ dieweil er nicht ausfündig macht/ daß er nicht gewust/ daß solche Güter geraubt seyn/ sondern die mit einem guten Glauben an sich bracht habe.

Art. XXXIX.

Eine andere gnugsame Anzeigung begangenen Raubes.

Item/ so Reisige und Fußknecht gewöhnlich bey den Wirthen liegen/ und zehren/ und nicht solche redliche Dienst/ Handthierung/ oder Gült/ die sie haben/ anzeigen können/ davon sie solche Zehrung ziemlich thun mögen/ die sind argwöhnig und verdächtlich zu viel bösen Sachen/ und allermeist zu Rauberey/ als sonderlich aus unserm und des Reichs gemeinen Land-Frieden zu mercken/ darinn gesetzt ist/ daß man solche Buben nicht leiden/ sondern annehmen/ härtiglich fragen und um ihre Mißhändel mit Ernst straffen soll: desgleichen soll eine jede Obrigkeit/ auf die verdächtigen Bettler und Landfahrer/ auch fleißig Auffsehens haben.

Art. XL.

Von gnugsamen Verdacht derjenigen/ so Räubern und Dieben helffen.

Item/ so einer wissentlicher und gefährlicher Weiß/ von geraubtem oder gestohlnem Guth/ Beut/ oder Theil nimmt: oder/ so einer die Thäter wissentlich und gefährlicher Weiß ätzt oder tränket/ auch die Thäter/ oder obgemeldt unrecht Gut gar/ oder zum Theil wissentlich annimmt/ heimlich verbirgt/ beherberget/ verkaufft/ oder vertreibt: oder/ so iemands den Thätern/ sonst in andere dergleichen Wege/ gefährlich Förderung/ Rath/ oder Beystand thut: oder in ihren Thaten unziemliche Gemeinschafft mit ihnen hätte/ ist auch ein Anzeigung Peinlich zu fragen.

Wann einer Gefangene heimlich hält/ die ihm entlauffen/ und anzeigen/ wo sie gelegen sind: Mehr/ so ein Verdächtlicher/ dem man in der Sach nicht viel guts vertrauet/ aber partheylich/ und auf der Thäter Seiten/ aus guten Uhrsachen hält/ ohne Vorwissen des Gefangenen Obrigkeit/ Verträg um Schatzung macht/ und die Schatzung einnimmt/ oder Bürge darüber wird/ Diese Ding alle

in

in beyden obgemeldten Articuln/ sämptlich und sonderlich/ sind Warzeichen/ die ein redliche Anzeigung der mißthätigen Hülff halber machen/ und Peinlich zu fragen.

Art. XLI.

Von heimlichen Brandt gnugsame Anzeigung.

WAnn einer eines heimlichen Brands verdacht/ oder beklagt würde/ wo dann derselbe sonst ein argwöhnlich Gesell ist/ und man sich erkundigen mag/ daß er kürtzlich vor dem Brand/ hälicher und verdächtlicher Weiß/ mit ungewöhnlichen/ verdächtlichen gefährlichen Feuerwercken/ damit man heimlich zu brennen pfleget/ umgangen ist/ das giebt redliche Anzeigung der Missethat/ er könte dann mit guten glaublichen Ursachen anzeigen/ daß er solches zu unsträfflichen Sachen gebraucht hätte/ oder gebrauchen wollen.

Art. XLII.

Von Verrätherey gnugsame Anzeigung.

SO der Verdacht/ (a) hälicher/ ungewöhnlicher und gefährlicher Weiß/ bey denjenigen/ denen er verrathen zu haben in Verdacht stehet/ gesehen worden/ und sich doch stellet/ als sey er von denselben unsicher/ und ist ein Person/ darzu man sich solches versehen mag/ ist ein Anzeigung zu Peinlicher Frage.

Art. *XLIII.*

Von gnugsamen Verdacht der Dieberey.

SO der Diebstahl bey dem Verdachten gefunden/ oder erfahren wird/ daß er den gar/ oder zum Theil gehabt/ verkaufft/ vergeben/ oder anworden hab/ und seinen Verkauffer und Wehrmann nicht anzeigen wolte/ so hat derselbig ein redliche Anzeigung der Missethat wider sich/ dieweil er nicht ausführt/ daß er solche Güter ungefährli-

(a) i. e. homo suspectus.

gefährlicher unsträfflicher Weiß mit einem guten Glauben an sich bracht hab.

Item/ so der Diebstahl mit sondern Sperr- oder Brechzeugen/ geschehen wäre/ so dann der Verdacht am selben Ende gewest/ und mit solchen gefährlichen Sperr- oder Brechzeugen umgangen/ damit der Diebstahl beschehen/ und der Verdacht ein solche Person ist/ darzu man sich der Missethat versehen mag/ ist Peinliche Frag zugebrauchen.

Wann ein mercklicher grosser Diebstahl geschiehet/ und jemand deß verdacht wird/ der nach der That mit seinem Ausgeben reichlicher erfunden wird/ dann sonst/ ausserhalb des Diebstahls/ sein Vermögen seyn kan/ und der Verdacht nicht andere gute Uhrsachen anzeigen kan/ wo ihm das angezeigt argwöhnig Gut herkommen: Ist es dann ein solche Person/ zu der man sich der Missethat versiehet/ so ist redliche Anzeigung der Missethat wider sie vorhanden.

Art. *XLIV.*

Von Zauberey gnugsame Anzeigung.

Wenn iemand sich erbeut/ andere Menschen Zauberey zu lernen/ oder iemand zu bezaubern bedräuet/ und dem Bedräueten dergleichen beschicht/ auch sonderliche Gemeinschafft mit Zaubern/ oder Zauberinn hat/ oder mit solchen verdächtlichen Dingen/ Gebährden/ Worten und Wesen umgehet/ die Zauberey auff sich tragen/ und dieselbig Person desselben sonst auch berüchtiget/ das giebt ein redliche Anzeigung der Zauberey/ und gnugsame Uhrsach zu Peinlicher Frage.

Ad Art. XXXVIII - XLIV.

Posit. I.

INdicia latrocinii cum indiciis furti fere coincidunt.

II. Iis accedit, si quis diu otiosus in cauponis moratur, neque unde ipsi media se exhibendi suppetant, ostendere possit,

art.

art. 39. ubi ad Constit. Pacis publicæ provocatur, quæ habetur *in Rec. Imp. de anno 1548. tit.* von Herren-losen Knechten/ *de anno 1551. §.* nach dem auch hin und wieder. *& plenissime in ordinat. Polit. de anno 1577. tit. VII.*

III. Mendicantes quoque validos tolerari non debere, in eodem articulo disponitur, qua de re Ahasverus Fritschius *in diatriba speciali ad legem I. C. de mendicantibus validis*, luculenter disseruit; & comparari meretur *Rec. Imp. de anno 1577. art. 26.*

IV. Huic malo medicina, eosdem a finibus cujusque provinciæ repellendi, sufficere non videtur, quin potius otiosi, aliisque industriis graves statim in ergasterium detrudi præstat, usque dum otium dediscant, quam ob rem a pluribus auctoribus *miracula S. Raspini* adeo deprædicantur.

V. Indicium opis raptoribus præstitæ ex participatione rapinæ, vel latronum receptatione quam maxime colligitur, nec non ex affectata compositione damni dati, præsertim quando facinus magistratui jam innotuit.

VI. Indicium incendii occulti est, si quis paulo ante exortum incendium, materia id excitandi apta instructus, eo loco visus fuerit, neque rationem, quam ob rem hæc secum ferat, reddere possit, quamvis hodie ineptus fuerit, qui alias artes pyrasticas heic adhibet, postquam fumum herbæ Nicotianæ sorbere etiam penes rusticos in morem quotidianum abiit.

VII. Proditionis indicium, de quo *art XLII.* intelligi vix potest, nisi constet, qvid sit proditio: ejus vero definitionem commentatores ad constitut. criminalem fere negligunt, & vel generalia, vel allotria ad hunc art. congerunt.

IIX. Imo, qvod qvis merito miretur, Carpzovius in integro Qvæstionum criminalium opere, neq; definitionis, neque pœnæ proditionis mentionem facit, articulum vero præsentem inter reliqva criminum indicia collocat, sed commentationes supra dictas impertinentes descripsisse contentus est.

IX. Itaqve per conjecturas eundum est, easqve ex *art. 124. & ex II. Feud. tit. 37.* eruendas.

X. Nempe supposita violentæ offensionis & vindictæ privatæ apud veteres Germanos licentia, proditor dicebatur, qvi qvemcunqve alium insidiose inimico ejus tradebat, incautum in insidias deducebat, aut arcana majoris momenti in ejus detrimentum propalabat, de qvo plura dicendi *ad d. art. 124.* occasio suppeditabitur.

XI. Furti indicium est, si res furtivæ penes aliquem inveniantur, neqve ipse auctorem suum nominare possit.

XII. Vbi tamen sufficit, si asserat, se eam in foro publico emisse, aut si res talis sit, qvæ per urbem ostiatim circumferri solet, sibi eam in ædibus propriis venditam fuisse.

XIII. Qvid si contendat, se a Judæis emisse? quamdiu mercimonia iis non denegantur, sed sub onere præstationum publicarum, earumque sat gravium, permittuntur, etiam hæc excusatio legitima est.

XIV. Item si quis in loco delicti cum instrumentis, quibus januæ aut seræ aperiri possunt, reperiatur, maxime si eadem, dum corripitur, statim abjecerit.

XV. Denique si furtum majoris quantitatis, vel rerum pretiosarum, patratum sit, & suspectus antea pauper, vel ære alieno pressus, laute vivere, vel nomina contracta subito dissolvere incipiat, neqve unde tam cito opes qvæsiverit, verosimilem rationem reddere possit.

XVI. Circa magiæ indicia valde fluctuant interpretes, qvemadmodum & circa ipsius criminis species earumque existentiam.

XVII. Lubricitatem multorum indiciorum etiam *art. 44.* enumeratorum detexit D. Bodinus *in disp. de fallacibus indiciis Magiæ*, cujus synopsin exhibet Ludovici *in not. ad d. art. 44.*

XVIII. Ante omnia vero de corpore delicti constare debet,

bet, i. e. non de solo eventu, sed qvod eventus ex hac causa probabiliter secutus sit.

XIX. Deinde discernenda magia naturalis a supernaturali; illa, qvæ aliis nocet, etiam illicita est, sed tam horrendis suppliciis non expianda, neque tam sævis cruciatibus indaganda.

XX. Porro examinandum, an suspectus, vel jam confessus, sit temperamenti viscidi & valde melancholici, qvales homines sæpe vident, qvod non est; aut a se fieri putant, quod longe aliam originem habet.

XXI. Denique in re incerta, qvalis vel maxime haec est, magis pro reo, quam contra eum est laborandum.

Art. XLV.

Von Peinlicher Frage.

SO der Argwohn und Verdacht einer beklagten und vermeinten Mißhandlung / als vorstehet / erfunden / und für bewiesen angenommen / oder bewiesen erkant würde / so soll dem Ankläger auff sein Begehren / alsdann ein Tag zu Peinlicher Frage benannt werden.

Art. XLVI.

Der Gefangener soll erst / wegen der Ubelthat / befragt werden / ob er dieselbe in der Güte bekennete.

WAnn man den Gefangenen Peinlich fragen will / von Amts wegen / oder auff Ansuchung des Klägers / soll derselbig zuvor / in Gegenwärtigkeit des Richters / zweyer des Gerichts und Gerichtschreibers / fleissiglich zu Rede gehalten werden / mit Worten / die nach Gelegenheit der Personen und Sachen zu weiter Erfahrung der Ubelthat / oder Argwöhnigkeit / allerbest dienen mögen / auch mit Bedräuung der Marter bespracht werden / ob er der beschuldigten Missethat bekäntlich sey / oder nicht / und was ihm solcher Missethat halber bewust sey / und was er alsdann bekennet / soll auffgeschrieben werden.

Art. XLVII.

Ausführung der Unschuld / vor der Peinlichen Frag zu vermahnen / und weiter Handlung darauff.

So in dem letztgemeldten Fall der Beklagte die angezogen Ubelthat verneinet / so soll ihm alsdann fürgehalten werden / ob er anzeigen könte / daß er der auffgelegten Missethat unschuldig sey / und man soll den Gefangnen sonderlich erinnern / ob er könte weisen und anzeigen / daß er auff die Zeit / als die angezogene Missethat geschehen / bey Leuten / auch an Enden oder Orthen gewesen sey / dadurch verstanden / daß er die verdachten Missethaten nicht gethan haben könte. Und solcher Erinnerung ist darum Noth / daß mancher aus Einfalt / oder Schrecken / nicht fürzuschlagen weiß / ob er gleich unschuldig ist / wie er sich des entschuldigen und ausführen soll. Und so der Gefangene berührter Massen / oder mit andern dienstlichen Ursachen / sein Unschuld angezeigt / solcher angezeigten Entschuldigung soll sich alsdan der Richter / auff des Verklagten / oder seiner Freundschafft Kosten / auff das förderlichste erkündigen / oder aber auff Zulassung des Richters / die Zeugen / so der Gefangene / oder seine Freund / deshalb stellen wolten / wie sich gebühret / (und hernach von Weisung an dem 62. Articul / anfahend / Item / wo der Beklagte nichts bekennen / ꝛc. und etlichen Articuln darnach gesetzt ist /) auff ihr Begehren / verhöret werden: Solche obgemeldte Kundschafftstellung / auch dem Gefangenen oder seinen Freunden / auff ihr Begehren / ohn gut rechtmäßige Ursach nicht abgeschlagen / oder aberkant werden soll. Wo aber der Verklagt / oder sein Freundschafft solchen obgedachten Kosten Armuth halber nicht ertragen / oder erleiden möchte / damit dann nichts desto minder das Ubel gestrafft / oder der Unschuldig wider Recht / nicht übereilet werde / so soll die Obrigkeit oder das Gericht den Kosten darlegen / und der Richter im Rechten fürfahren.

So in der ietzgemeldten Erfahrung des Beklagten Unschuld nicht funden wird / so soll er alsdann auff vorgemeldt Erfindung redliches Argwohns / oder Verdachts / Peinlich gefragt werden / in Gegenwärtig-

wärtigkeit des Richters und zum wenigsten zweyer des Gerichts/ und Gericht-Schreibers: und wes sich in der Urgicht/ oder seiner Bekändnüß/ und aller Erkündigung findet/ soll eigentlich auffgeschrieben/ dem Klägere/ so viel ihn betrifft/ eröffnet/ und auff sein Begehr Abschrifft gegeben/ und gefährlich nicht verzogen oder verhalten werden.

Art. XLIIX.

Wie diejenigen/ so aus Peinlichen Fragen/ eine Missethat bekennen/ nachfolgends weiter ausserhalb der Marter um Unterricht gefragt werden sollen: Erstlich vom Mord.

ITem/ so der Gefragt der angezogen Missethat durch die Marter/ als vorstehet/ bekäntlich ist/ und sein Bekäntnüß auffgeschrieben wird/ so sollen ihn die Verhörer seiner Bekäntnüß halber/ gar unterschiedlich/ wie zum Theil hernach berührt wird/ und dergleichen/ so zu Erfahrung der Wahrheit dienstlich/ fleissig fragen: und nemlich/ bekennt er eines Mords/ man soll ihn fragen/ aus was Ursachen er die That gethan/ auff welchen Tag und Stund/ auch an welchen End/ ob ihm iemands/ und wer ihm darzu geholffen/ wo er den Todten hin vergraben/ oder gethan/ mit was Waffen solcher Mord beschehen sey/ wie/ und was er dem Todten für Schläge/ oder Wunden geben/ oder gehanen/ oder sonsten umbracht habe/ was er/ der Ermord/ bey ihm gehabt/ von Geld oder anderm/ und was er ihm genommen/ wo er solche Nam hingethan/ verkaufft/ vergeben/ anworden/ oder verborgen habe: und solche Frage ziehen sich auch in viel Stücken wol auff Räuber und Diebe.

Art. XLIX.

So der Gefragt Verrätherey bekennt.

BEkennt der Gefangen Verrätherey: man soll ihn fragen/ wer ihn darzu bestellt/ und was er darum empfangen/ auch wo/ wie und wann solches geschehen sey/ und was ihn darzu verursacht habe.

Art. L.
Auff Bekäntnüß von Vergifftung.

BEkennt der Gefragt / daß er iemand vergifft habe / oder vergifften wollen: Man soll ihn auch fragen / aller Ursachen und Umstände / als obstehet / und des mehr / was ihn darzu beweget / auch womit / und wie er die Vergifftung gebraucht / oder zu gebrauchen vorgehabt / und wo er solch Gifft bekommen / und wer ihm darzu geholffen / oder gerathen habe.

Art. LI.
So der Gefragt ein Brand bekennet.

BEkennt der Gefragt ein Brand: man soll ihn sonderlich der Ursach / Zeit und Gesellschafft halb / als obstehet / fragen / und des mehr / mit was Feuer-Werck / er den Brand gethan / von wem wie / oder wo er solch Feuerwerck oder den Zeug darzu zuwegen bracht habe.

Art. LII.
So die gefragt Person Zauberey bekennt.

BEkennt iemand Zauberey: man soll auch nach den Ursachen und Umständen / als obstehet / fragen / und des mehr / womit / wie und wann die Zauberey beschehen / mit was Worten / oder Wercken. So dann die gefragt Person anzeiget / daß sie etwas eingegraben / oder behalten hätte / das zu solcher Zauberey dienstlich seyn solte / man soll darnach suchen / ob man solches finden könte. Wer aber solches mit andern Dingen / durch Wort / oder Werck gethan / man soll dieselben auch ermessen / ob sie Zauberey auff ihnen tragen. Sie soll auch zu fragen seyn / von wem sie solche Zauberey gelernet / und wie sie daran kommen sey / ob sie auch solch Zauberey gegen mehr Person gebraucht / und gegen wem / was Schadens auch darmit geschehen sey.

Art. LIII.

Von gemeinen unbenanten Fragstücken / auff Bekäntnüß / die auff Marter geschicht.

AUs den obgemeldten kurtzen Unterrichtungen kan ein ieder Verständiger wol mercken / was nach Gelegenheit der Sachen / auff die bekandten Missethat des Gefragten / weiter und mehr zu fragen / das zu Erfahrung der Warheit dienstlich ist / welches alles zu lang zu beschreiben wäre. Aber ein ieder Verständiger aus dem obgemeldten Anzeigen wol verstehet / wie er solch Beyfrag in andern Fällen thun soll / darum solch Warzeichen und Umstände von dem jenigen / der ein Missethat bekant hat / gefragt werden / die kein Unschuldiger wissen / oder sagen kan: und wie der Gefragt die fürgehaltene Unterscheid erzehlet / soll auch eigentlich auffgeschrieben werden.

Ad Art. XLV - LIII.

Posit. I.

INdiciis ad torturam sufficientibus probatis, eaque a JCtorum Collegio vel Scabinatu decreta, accusatore petente, vel, in processu inquisitorio, ex officio dies, reo torquendo, dicitur.

II. Idque vel maxime necesse est, si accusator diem sibi intimari petat, cuius rei rationes exponit Manzius *ad art. 45. n. 26. -36.* alias sufficit, pridie ante torturam id reo denunciari, quo ipse ad defensionem, si malit, provocare possit.

III. Sententia vero super tortura semper & simpliciter opus est, *vid. Manz. d. l. n. 7. - 20.*

IV. Atque ab hac sententia appellari posse, plerique DD. affirmant, *Manz. d. l. n. 9. item 21. - 24.*

V. Verum id usu non servari, sed defensionem, etiam repetitam, admittendam, imo & ex officio sumtibus Magistratus, si inquisitus egenus sit, ejusque cognati ipsi succurrere nolint, conce-

concedendam esse, usus docet, & supra jam monitum est *ad art. 47.* ubi notandum, etiam super defensione cognitionem a Collegio JCtorum denuo requirendam esse.

VI. Ceterum adeo necessaria est sententia, ut, si reus in tortura delictum fassus sit, idque postea iterum neget, absque nova sententia torturæ denuo subjici non possit, vid. Præjudicium *ad nostr. pos. 10. ff. de quæst. lit. d.*

VII. Deinde reus ante torturam in loco judicii denuo examinandus & a judice cohortandus est, ne veritatem reticendo magistratum, Dei vices gerentem, fallere audeat, eoque corpori suo cruciatos non necessarios & forte tamen per omnem vitam noxios attrahat.

VIII. Vbi simul omnia, quæ adversus ipsum militant indicia ei in mentem revocanda, nec quicquam eorum, quæ ad ingenuam confessionem ipsum movere possunt, omittendum est.

IX. Idem examen cum placida admonitione in loco torturæ, antequam reus carnifici subjiciatur, repetendum, & utrobique responsiones atque exculpationes ab actuario jurato diligenter consignandæ sunt.

X. Dolosis tamen persvasionibus aut spe mitigationis vel remissionis pœnæ, reum ad fatendum inducere judici nequaquam licet.

XI. Reo nihilominus negante tortura ad modum præscriptum decernitur, ubi ipse ad quæstiones in sententia præscriptas, quarum idea generalis *art. 48-53.* delineatur, accurate examinandus est, neque facile aliæ a Judice inquirente addendæ sunt, nisi superveniens rei confessio easdem exigat. ceterum quæstiones d. l. præscriptas, pro indole circumstantiarum mutari posse & debere certum est, atque præstat regulis insisti, quas suppeditat Clasenius *ad art. 48. p. 192.*

XII. Neque sola responsio ad quæstiones, sed etiam gestus ejus, qui torquetur, wie er sich dabey gebärdet/ annotandi sunt, utrum nempe dormiverit, tormenta risu exceperit, aut doloris sensum

sensum testatus, vel animi deliquium passus sit, an submisse, an obstinate se gesserit, vel plane minas sparserit.

Art. LIV.

Von nachfrag und Erkündigung der bösen bekanten Umständen.

SO obgemeldte Fragstück auff Bekäntnüß / die aus oder ohne Marter geschicht / gebraucht werden / So soll alsdann der Richter an die End schicken / und nach den Umständen / so der Gefragt der bekanten Missethat halber erzehlt hat / so viel zu Gewißheit der Warheit dienstlich / mit allem Fleiß fragen lassen / ob die Bekäntnüß der obberührten Umstände wahr seyn / oder nicht. Denn so einer anzeiget / die Maß und Form der Missethat / als vor zum Theil gemeldt ist / und sich dieselben Umstände also erfünden / so ist daraus wohl zu mercken / daß der Gefragte die bekanten Missethat gethan hat / sonderlich / so er solch Umstände saget / die sich in der Geschicht haben begeben / die kein Unschuldiger wissen kan.

Art. LV.

Wo die bekandten Umstände der Missethat in Erkündigung nicht wahr erfunden würden.

ERfindet sich aber in obgemeldter Erkündigung / daß die bekanten Umstände nicht wahr weren / solche Unwarheit soll man dem Gefangnen fürhalten / ihn mit ernstlichen Worten darum straffen / und mag ihn alsdann mit Peinlicher Frag auch zum andern mahl angreiffen / damit er die obangezeigten Umstände recht und mit der Warheit anzeige. Dann je zu Zeiten die Schuldigen die Umstände der Missethat unwarlich anzeigen / und vermeinen / sie wollen sich damit unschuldig machen / so die Erkündigung nicht wahr erfunden werden.

Art. LVI.

Keinem Gefangen die Umstände der Missethat vorzusagen / sondern ihn die gantz von ihm selbst sagen lassen.

IN den fördern Articuln ist klärlich gesetzt / wie man einen / der einer Missethat / die zweiffelich ist / aus Marter / oder Bedrängung der Marter bekennet / nach allen Umständen derselbigen Missethat fragen / und darauff Erkündigung thun / und also auff den Grund der Wahrheit kommen / ꝛc. Solches wird aber etwa damit verderbet / wann dem Gefangenen in annehmen oder Fragen dieselben Umstände der Missethat vorgesagt / und darauff gefragt werden. Darum wollen wir / daß die Richter solches fürkommen / daß es nicht geschehe / sondern dem Verklagten nicht anders / vor oder in der Frag fürgehalten werde / dann nach der Weiß als klärlich in den vorgehenden Articuln geschrieben stehet.

Der Gefangene soll auch zum wenigsten über den andern / oder mehr Tag nach der Marter / und seiner Bekäntnüß / nach gut bedünckendes Richters / in die Büttelstuben / oder ander Gemach / für den Bannrichter und zween des Gerichts / geführet / und ihm sein Bekäntnüß durch den Gerichtschreiber fürgelesen / und alsdann anderwert darauff gefragt / ob sein Bekäntnüß wahr sey / und was er darzu sage / auch auffgeschrieben werden.

Art. LVII.

So der Gefangen vorbekante Missethat wieder läugnet.

SO der Gefangen der vorbekanten Missethat läugnet / und doch der Argwohn / als vorstehet vor Augen wäre / so soll man ihn wieder in Gefängnüß führen / und weiter mit Peinlicher Frag gegen ihn handeln / und doch mit Erfahrung der Umstände / als vorstehet / in allwege fleißig seyn / nachdem der Grund Peinlicher Frag darauff stehet: Es wäre dann / daß der Gefangen solche Ursachen seines Läugnens fürwendet / dadurch der Richter beweget würde / zu glauben / daß der Gefangen solche Bekäntnüß aus Irrsal gethan / alsdann mag der Richter denselben Gefangenen zu Ausführung und Beweisung solches Irrsals zulassen.

Ad Art. LIV - LVII.

Posit. I.

INquisito crimen ejusque circumstantias confitente, in earum veritatem ante omnia inquirendum est, quam, ubi judex deprehenderit, & circumstantiæ tales sint, quas innocens scire non potest, eum esse criminis auctorem, dubitari amplius non debet, sed moraliter certum habetur.

II. Si vero non inveniantur, quæ reus dixit, is desuper examinandus cum comminatione repetitionis torturæ, quin & ejus executione, prævia tamen nova sententia.

III. Ubi probe expendendum, an fraude tertii circumstantiæ, quas reus fassus est, probabiliter mutari potuerint, v. g. si fur deponat, se rem furtivam certo in loco occultasse, eandem alius surripuisse potest; at, si fœmina infantem occisum alicubi a se humatum esse referat, isque ibi non reperiatur, eam falsa dixisse probabilius est, quis enim cadaver auferret, quod nemini prodest?

IV. Ceterum duo inprimis heic observanda sunt: 1. Quæstiones nunquam instituendas per suggestionem circumstantiarum, vel denominationem complicum, sed generaliter, ita ut earum determinatio ab inquisito expectetur, quod idem & jus Romanum requirit *in L. 1. §. 21. ff. de quæst.*

V. Eaque suggestio non modo in tortura, sed & in quovis inquisiti examine prohibita est.

VI. Ejus rationem Manzius *ad art. §6. n. 6.* reddit: quia si judex ex sua opinione vel scientia circumstantias propo nat, reus fortasse iis statim annuet, ut eo citius se expediat, & cruciatum vel terrorem evitet.

VII. Propior forte ratio hæc est, qvia non constat, an reus circumstantias suggestas recte perceperit, quando in tanto terrore vel dolore, animus ejus non satis ad quæsita attendit, sed cruciatibus enormibus avertitur atque distrahitur.

IIX. Atque adeo præstat, confessionem ex propriis inquisiti verbis expectare, quippe quo multo certior judex redditur, quam si vocula *imo* vel centies ab eo, qui quæstioni subjectus est, ingeminetur.

IX. 2. Confessionem, in tortura factam, inquisito denuo prælegendam, ejusque ratificationem expectandam & consignandam esse, *vid. Carpz. in prax. criminal. per integr. quæst. 126.*

X. Tempus ejus, arbitrio judicis relinquitur, qui eo respicere debet, ne prius instituatur, quam *tortus* a doloribus respiraverit, viresque quodammodo receperit.

XI. Atque adeo minimum bidui, sæpe etiam plurium dierum spatium inter torturam & ratificationem intercedere debet.

XII. Locus in h. art. determinatur, die Büttelstube/ in Jure Bavarico die Schergen-Stube/alibi die Gerichts-Banck/ vel simpliciter das Gerichte.

XIII. Id vero ubique uniformiter observatur, ne reus in loco torturæ, vel in conspectu instrumentorum ejusdem ad ratificationem adigatur.

XIV. Denique ratificatio fieri debet præsentibus Judice, Scabinis & Actuario.

XV. Aliquando confessionem inquisitus revocat, idque vel eo tempore, quo ratificatio fieri debebat, de quo *art. 57.* vel post factam ratificationem, de quo *art. 91.*

XVI. Priori casu, si reus indicia diluere non possit, tortura repetenda est, non tamen, nisi præcedente nova sententia.

XVII. Accedit enim novum indicium, ex variatione depromtum, & semiplena ex confessione probatio.

XVIII. Atque si tortura repeti non posset, pleraque omnia crimina impunia manerent, inquisito probe conscio, quod torturæ denuo subjici nequeat, in revocatione confessionis salutem quærente.

XIX.

XIX. Defensio inquisiti hic non minus, ac ante torturam prima vice instituendam admitti debet.

XX. Cæterum & tertia vice torqueri potest, qui in secunda tortura iterum confessus est, sed postea ratificare noluit.

XXI. At qui in secunda tortura constanter negavit, tertium jam torquendus non est, quoniam omnia indicia, quantacunque ex actis eluceſcant, jam purgavit.

XXII. Quod tamen intelligendum est, nisi nova & per se ad torturam sufficientia indicia supervenerint; tunc enim in delictis minus atrocibus, secunda, in atrociſſimis tertia tortura, reo licet in negando perſiſtente, locum invenit, conf. *Const. Elect. Sax. inedita VIII. sub rubrica:* **wie offt die ſcharffe Frage zu repetiren.**

XXIII. Tertia vice tortus & confessionem ratificare nolens, neque pro confesso habendus, neque omnino absolvendus, sed extra ordinem puniendus est: neque enim confessio, quam vis exprimit, ad condemnationem in pœnam ordinariam; neque subsecuta negatio ad absolutionem, & indicia plene elidenda sufficere potest.

XXIV. At qui confessionem in tortura factam & interjecto aliquot dierum intervallo ratificatam, eo demum tempore, quo ipsi supplicium imminet, revocat, utrum nihilominus in pœna infligenda pergi, an alio modo denuo veritas erui debeat, inter JCtos non convenit.

XXV. In Constit. Criminali *art. 91.* disponitur: Scabinos duos a Judice sub fide juramenti quærendos, an istam rei confessionem audiverint? iisque id affirmantibus, JCtorum informationem expectandam esse.

XXVI. Quæ Carpz. *in prax. criminal. Quæst. 126. n. 63. ſqq.* ita intelligit: Scabinis confesionem ejusque ratificationem ab inquisito factam attestantibus, eum non attenta revocatione, supplicio afficiendum esse.

XXVII. Cui enim bono, inquit, juratum Scabinorum te-

stimonium requireretur, nisi ut iis plena fides habeatur, & reum dolose, quæ confessus est, sero nimis revocare constet, non vero mereri dolum, ut supplicium instans, omnique apparatu jam instructum, vel per momentum differatur.

XXIIX. Verum enim vero vim verbis constitutionis facit Carpzovius; Quis enim Phrasin istam: In alle wege bey denen Rechts-verständigen oder sonst an Orthen und Enden / als hernachmahls angezeiget / Raths pflegen. ita explicaret: Den Ubelthäter seines leugnens ungeachtet / ohne fernere rechtliche Erkäntniß / alsofort vom Leben zum Todte bringen.

XXIX. Multo itaque rectius Brunnemannus *in Processu inquisitorio, cap. 10. n. 22.* Clasenius *ad hunc artic. 91.* Tobias Granz. *in defensione inquisitorum, cap. 5. membr. 2. Sect. 3. art. 9. n. 710. sqq. pag. 620.* aliique plures executionem suspendendam, acta denuo ad Juris prudentes transmittenda, atque ab iis omnes circumstantias a capite ad calcem discutiendas esse contendunt.

XXX. Profecto nunquam nimis de vita hominis deliberatur, quamdiu deliberandi offertur occasio, & barbara est, si quæ fuit consvetudo, Clagenfurti, si recte memini, Carinthiæ urbe usitata vel frequentata, quod criminis, præcipue furti reus, e vestigio deprehensionis, indicta causa suspendatur; postridie quæstione instituta, ubi innocens repertus fuerit, honesta ei sepultura concedatur; sin minus, in patibulo relinquatur.

XXXI. Ceterum etiam confessio territione verbali elicita, nisi ratificetur, invalida est, quia non dolores solum, sed etiam terror, spontaneitati obsunt.

XXXII. Ne vero hodie Scabini novo juramento onerentur, cautela invaluit, ut præter actuarium notarius cum duobus testibus in actu ratificationis adhibeatur, & separatum atque solenne instrumentum desuper conficiatur.

Art. LIIX.

Von der Maß Peinlicher Frag.

DJe Peinliche Frag soll nach Gelegenheit des Argwohns der Person / viel / offt / oder wenig / hart / oder linder / nach Ermessung eines guten vernünfftigen Richters / fürgenommen werden: und soll die Sag des Gefragten nicht angenommen oder aufgeschrieben werden / so er in der Marter / sondern soll sein Sag thun / so er von der Marter gelassen ist.

Art. LIX.

So der Arm / den man fragen will / gefährliche Wunden hätte.

SO der Beklagte gefährliche Wunden oder andere Schäden an seinem Leib hätte / so soll die Peinliche Frag dermassen gegen ihn fürgenommen werden / damit er an solchen Wunden / oder Schäden am minsten verletzet werde.

Ad Art. LIIX. & LIX.

Posit. I.

QVæstionum violentarum varia genera Romanis, Græcis & omnibus fere gentibus usitata, ex Jacobi Dœpleri theatro suppliciorum *P. 1. cap. 2. §. 135. - 273.* singulari industria collecta repetenda sunt, prout supra indicavimus.

II. Ubi observandum 1. non nisi consvetis utendum, atque nova & insolita sine consensu domini territorialis adhibenda non esse.

Item / wo der erlangt Fürsprech diese obbemeldte Antwort und Bitt mündlich nicht reden könte / mag er die schrifftlich für den Richter legen / und diese Meynung sagen: Herr Richter / ich bitte euch / laßt des Beklagten Antwort und Bitt / aus dieser eingelegten Zettel / euren Schreiber öffentlich verlesen. Auf solche Bitt soll der Richter dem Gerichtschreiber befehlen / die gemeldten Zettel zu verlesen.

Art. XCI.

Von Verneynung der Missethat / die vormahls bekennt worden ist.

Wur-

Würde der Beklagte auf den endlichen Rechts-tag der Misserthat läugnen/die er doch vormahls ordentlicher/ beständiger Weiß bekant/ der Richter auch aus solchem Bekäntnüß in Erfahrung allerhand Umstände/ so viel befunden hätte/ daß solch läugnen von dem Beklagten allein/ zu Verhinderung des Rechten/ wird fürgenomen/ wie hievor im 56. Articul/ und in etlichen Articuln hernach/ biß auff 62. Articul von beständiger Erkäntnüß funden wird. So soll der Richter die zween geordneten Schöffen/ so mit ihm solche verlesene Urgicht und Bekäntnüß gehöret haben/ auff ihre Eyde fragen/ ob sie die verlesene Urgicht gehöret haben/ und so sie Ja darzu sagen/ so soll der Richter in allwegen bey den Rechtverständigen/ oder sonst an Orten und Enden/ als hernachmahls angezeigt/ Raths pflegen: und nachdem solche zween Schöffen in diesem Fall nicht als Zeugen/ sondern Mitrichter handeln/ sollen sie derhalben vom Gericht oder Urtheil nicht ausgeschlossen werden.

Art. XCII.

Wie die Richter und Schöffen/ oder Urtheiler/ nach beeder Theil/ und allem Fürbringen/ auch endlichem Beschluß die Urtheil fassen/ und wie auch nachmahls die Schöffen oder Urtheiler durch den Richter gefragt werden sollen.

NAch beyder theil und allem Fürtrag/ auch endlichem Beschluß der Sachen/ sollen der Richter/ Schöffen und Urtheiler/ alle gerichtliche Fürtrag und Handlung für sich nehmen/ mit Fleiß besichtigen und erwegen/ und darauff nach ihrem besten Verständnüß dieser unser Peinlichen Gerichts-Ordnung/ nach Gelegenheit eines ieglichen Falls/ am allergleichsten und gemässigsten Urtheil in Schrifft fassen lassen/ so die Urtheil also verfaßt/ soll darauf der Richter fragen: N. Ich frage dich Rechtens.

Art. XCIII.

Wie Schöffen und Urtheil-Sprecher ungefährlich antworten.

HErr Richter / Ich sprich / es geschicht billich auff alles gerichtlich Einbringen und Handlung / was nach des Gerichts Ordnung recht / und auff gnugsame alles Fürtrags Besichtigung in Schrifften zu Urtheil verfasset ist.

ART. XCIV.

Wie der Richter die Urtheil öffnen soll.

AUff obgemeldten Beschluß der Schöffen und Urtheiler / soll der Richter die endlichen Urtheil / so also in Schrifften verfast ist / durch den geschwornen Gerichtschreiber / in Beyseyn beyder Parteyen / öffentlich verlesen lassen / und wo Peinliche Straff erkannt wird / so soll ordentlich gemeldt werden / wie / und welcher massen die an Leib / oder Leben geschehen soll / wie dann Peinlicher Straff halb hernach im 104. Articul / und etlichen Blättern hernach / funden und angezeigt wird: Und wie der Schreiber solche Urtheil / die sich obgemeldter massen zu öffnen und zu lesen gebühret / formen und beschreiben soll / wird hernach im 190. Articul funden.

ART. XCV.

Wo mehr dann ein Kläger / oder ein Antworter in Rechten stünden / daß alsdann dieselben Wörter / wie sich von mehr Personen zu reden geziemt / gebraucht werden sollen.

DJe vorgesetzten Rede / so vor Gericht beschehen sollen / lauten als auff einen Kläger und auff einen Antworter. Aber es ist nemlich zu mercken / wo mehr denn ein Kläger oder ein Antworter im Rechten stünden / daß alsdann dieselben Wörter / wie sich von mehr Personen zu reden geziemt / gebraucht werden sollen.

AD ART. LXXXVIII -- XCV.

Posit. I.

QUæ hic habentur, maximam partem hodie negliguntur, & accusatione summatim instituta ex reo qværitur, num delictum

lictum confiteatur; eoque annuente sine longa disceptatione sententia publicatur: at reo crimen denuo negante, eo modo proceditur, quem supra ad art. 57. exposui.

II. Ab usu itaque recessit, quod accusatus & accusator die executionis ex scabinorum numero advocatos (non procuratores, ut male sibi persvadet Steph. *ad art. 88.*) sibi eligant.

III. Vereor etiam, ne in hisce articulis priscus accusandi modus cum hodierno confundatur.

IV. Ceterum sententiam hodie non ab ipso Judice, sed ab actuario prælegi, res notissima est, & vulgo ad Pandectas *tit. de Judic. & de re judicata* monetur.

Art. XCVI.

Wenn der Richter seinen Stab zerbrechen mag.

WAnn der Beklagt endlich zu Peinlicher Straff geurtheilet wird/ soll der Richter an den Orten/ da es Gewohnheit/ seinen Stab zerbrechen/ und den Armen dem Nachrichter befehlen/ und bey seinem Eyd gebieten/ die gegeben Urtheil getreulich zu vollnziehn/ damit vom Gericht auffstehen/ und darob halten/ damit der Nachrichter die gesprochen Urtheil/ mit guter gewahrsam und Sicherheit vollnziehen möge.

Ad Art. XCVI.

Posit. I.

Simulac sententia, qua accusatus supplicio destinatur, publicata est, judex baculum, quem manibus tenet, medium confringit, abjicitque, inde damnatum carnifici tradit, eidemque sub juramenti antea officii intuitu præstiti sanctimonia, ut supplicium juxta sententiæ tenorem peragat, præcipit, quibus peractis, e judicio discceditur & sententia confestim executioni mandatur.

II. At hodie, ut tum demum reus carnifici tradatur, opus non est, quippe qui jam ab eo vinctus tenetur, antequam in judicium solenne protrahatur.

III.

III. Neque opus est, carnifici prolixe inculcare, quo formam sententiæ observet, postquam judex executioni adesse, et, num omnia recte peragantur, attendere solet.

IV. Alicubi etiam Judex & assessores ex consessu surgentes, sellas evertunt, indicio, se hujus rei causa amplius considere nolle, *add. Rittershus. partition. feud. l. b. 1. c. 8. quæst. 10. pag. 110.*

V. Baculi confringendi mos, qvo ληπιτῶς vita inquisiti denotatur, unde dimanarit, dignum est inquisitione: habet istum morem Germania, quem & constitutiones Papæbergenses insinuant, ab antiquis temporibus, referente Remo *ad art. 96.* qui utinam & ipse in hunc morem vel verbo inquisivisset.

VI. Minime vero baculum, corporis sive vitæ delinquentis typum esse, contendit Dietherrus *in supplement. Speidelian tit. S. n. 92.* ubi ait: in Germania, qui potestatem judicandi de vita hominis acceperunt, baculum tenent, quem post latam sententiam confringunt, utpote cessante potestate. Quo ipso ille non modo a Speidelio *in speculo juridico*, sed & aliis qvam plurimis sententiam Remi sequentibus recedit.

VII. Tertiam sententiam amplectitur Clasenius *ad hunc art.* firmitatem sententiæ capitalis sub hoc symbolo latere putans, ita ut quemadmodum baculus semel fractus redintegrari; ita decretum capitale retractari non possit.

VIII. Qvod vero addit ipse: paucos scire, unde origo moris frangendi baculum descendat, ridiculum est; nam & ipse, quia ne verbulo quidem exposuit, id ignorasse videtur.

IX. Ad Ærodum (forte Ærodium) & Dinothum provocat Zirizius *ad hunc articulum*, sed neque horum autorum volumina, neque in iis loca peculiaria sibi ipsi forte non inspecta indicat.

X. Propius ad rem venit sententia media, quam locus Bracloni a Carolo du Fresne *in Glossar. med. & infim. latinit. sub voce baculus* allegatus confirmat. *add. Jo. Loccenius Antiquit. Sueo-Goth. C. 9. p. m. 56.*

ART. XCVII.

Art. XCVII.

Des Nachrichters Fried auszuruffen.

SO der Richter nach der Endurtheil sein Stab gebrochen hat/desgleichen auch/ so der Nachrichter den Armen auff die Richt-Statt bringet/ soll der Richter öffentlich ausruffen oder verkünden lassen/ und von der Obrigkeit wegen bey Leib und Gut gebiethen/ dem Nachrichter keinerley Verhinderung zu thun/ auch ob ihm mißling/ nicht Hand anzulegen.

Art. XCIIX.

Frag und Antwort/ nach Vollnziehung der Urtheil.

WAnn dann der Nachrichter fragt/ ob er recht gericht hab/ so soll derselbig Richter ungefährlich auff diese Meynung antworten: So du gericht hast/ wie Urtheil und Recht geben hat/ so laß ich es dabey bleiben.

Ad Art. XCVII. & XCVIII.

Posit. I.

MOris olim erat apud Germanos, ut quoties quis non ex legum præscripto occideretur, vindicta necis proximis occisi agnatis pateret.

II. Quando vero carnifex in executione supplicii aberrat, non ex legum præscripto occidit, etiam, si plura vulnera pluresve cruciatus inferat.

III. Et quia haec populo eam in rem convocato atque inspectante fiebant, populus etiam vindictam excessus ad se pertinere credidit.

IV. Idque recte, si jus externum illorum temporum respiciamus; unde salvus conductus carnifici præstandus fuit quo nemo indigebat, quem violare permissum non erat.

V. Ejus rei originem non adeo ex veteri injusti supplicii actione, de qua Aerodius *lib. IX. rer. judicatar. tit. XI. c. 7.* agit,

quam potius exinde requirendam esse puto, quod olim in Germania proximus agnatus ejus, in quem crimen commissum erat, supplicium de reo sumeret, in quo si aberrabat, tanto major doli suspicio contra ipsum militabat.

VI. Quantumvis vero hodie ejusmodi violentia carnifici illata plane injusta sit, in loco tamen supplicii securitas eidem a Judice palam audiente populo promittitur, neque desunt ejusmodi violentiæ exempla, *vid. Alemanni palestra Consuetud. illustr. Consult. 9. p. 939 - 972. Manz. ad h. art. 97.*

VII. Facta executione carnifex judicem interrogat, num sententiæ rite satisfecerit, quod per rhythmos alicubi fieri, Manzius *ad art. 98.* observat, atque ipse olim audivisse memini sequentem responsionis formulam carnifici aberranti factam: Du hast das Urthel exequirt/ aber nicht gerichtet/ wie sichs gebührt.

Art. XCIX.

So der Beklagte mit Recht ledig erkannt würde.

Wird aber der Beklagt mit Urtheil und Recht ledig erkennt/ mit was Maß das geschehe/ und die Urtheil anzeigen würde/ dem soll/ wie sich gebührt/ auch gefolgt und nachgegangen werden. Aber des Abtrags halb/ so der ledig erkant/ als Kläger begehren wird/ sollen die Theil alsdann zu endlichem bürgerlichem Rechten für das Gericht/ wie hiervor davon angezeigt und gemeldt ist/ gehalten werden.

Art. C.

Von unnothdürfftigen/ unnützen/ gefährlichen Fragen/ so vor Gericht beschehen.

Nachdem auch uns angelangt ist/ daß bißher an etlichen Peinlichen Gerichten viel überflüssige Frag und Andingung gebraucht/ die zu keiner Erfahrung der Warheit oder Gerechtigkeit noth seyn/ sondern allein das Recht verlängern und verhindern/ solche und andere unziemliche Mißbräuch/ so das Recht ohne Noth verziehen/ oder verhin-

verhindern / oder die Leut gefehrn / wollen Wir hiemit auffgehaben und abgethan haben. Und wo an die Obrigkeit gelangt / daß darwider gehandelt wird / soll sie das ernstlich abschaffen und straffen / so offt das zu schulden komt.

Art. CI.

Von Leibstraffen / die nicht zum Todt / oder zu ewiger Gefängnüß gesprochen werden / und von Amtswegen beschehen.

WJe Straff am Leib oder Gliedern / die nicht zum Todt oder ewiger Gefängnüß sein / und öffentlicher That halb von Amtswegen geschehen / durch den Richter erkant mögen werden / darvon wird die Form des Urtheils hernach in dem 196. Articul funden / anfahend / Item so eine Person / ꝛc.

Art. CII.

Von Beichten und Vermahnung nach Urtheilung.

NAch der Urtheilung des Armen zum Todt / soll man ihn anderwerts beichten lassen / auch zum wenigsten ein Priester / oder zween / am Ausführen oder Ausschleiffen / bey ihm seyn / die ihn zu der Liebe Gottes / rechtem Glauben und Vertrauen zu GOtt / und dem Verdienst Christi unsers Seligmachers / auch zu Bereuung seiner Sünde vermahnen. Man mag ihm auch in dem Führen für Gericht / und Ausführung zum Tod / stätigs ein Crucifix fürtragen.

Art. CIII.

Daß die Beichtväter die Armen bekanter Warheit zu leugnen / nicht weisen sollen.

DJe Beichtväter der Ubelthäter sollen sie nicht weisen / was sie mit Warheit / auff sich selbst / oder andere Personen / bekant haben / wieder zu läugnen: wann niemand geziemt den Ubelthätern ihre Boßheit wider gemeinen Nutz und frommen Leuten zum Nachtheil / mit Unwahrheit bedecken / und weiter überstärcken zu helffen /

men Ducale Coburgense responderunt, *vid. Dn. Wernher. select. Obs. forens. 457.*

VIII. An non & istud huc pertinet, quod furtum mediocre idque manifestum, & cujus quantitas ad fustigationem sufficit, ubi etiam delinquens defensioni renunciavit, quin & aliud delictum, solam relegationem inferens, clare confessus condemnari non possit, nisi prius ad articulos inquisitionales solenniter conceptos responderit?

IX. Quæ *art. 101.* habentur, infra suo loco, quem Imperator ipse indicat, videbimus. De pœna vero carceris supra *ad art. XI.* dictum est.

X. Condemnatus ad supplicii locum ducendus, ubi peccata confessus, denuo absolvi eidemque unus pluresve verbi divini ministri comites addi debent, ad seriam contritionem & in fide constantiam ipsum cohortaturi. *art. 102.*

XI. Sed & Salvatoris crucifixi imago ipsi in ejus conspectu præferenda, quod quidem apud evangelicos non observatur, nisi ubi funeribus præferri solet, prout patria mea Lipsia hodieque facit. Pueri quoque hymnos emortuales canentes, delinquentem, dum deducitur, nova funeris facie antecedunt.

XII. Tandem quæ *art. 31.* jam monita sunt, quia de sacerdotibus nostratibus præsumi non debent, commentario non indigent.

Art. CIV.

Ein Vorred / wie man Missethat Peinlich straffen soll.

WAnn iemand / unsern gemeinen geschrieben Rechten nach / durch eine Verhandlung das Leben verwircket hat / soll man nach guter Gewohnheit / oder nach Ordnung eines guten Rechtverständigen Richters / so Gelegenheit und Aergerniß der Ubelthat ermessen kan / die Form und Weiß derselben Tödtung halten und urtheilen. Aber in Fällen / darum (oder derselben gleichen) unser Käyserlich Recht nicht setzen oder zulassen iemand zum Tod zu straffen / haben wir in dieser unser und des Reichs Ordnung auch keinerley Todstraff

straff gesetzt: aber in etlichen Missethaten lassen die Recht Peinliche Straff am Leib oder Gliedern zu / damit dennoch die gestrafften bey dem Leben bleiben: Dieselben Straff mag man auch erkennen / und gebrauchen / nach guter Gewohnheit eines jeden guten verständigen Richters / als oben von Tödten geschrieben stehet. Wann unser Käyserl. Recht etlich Peinliche Straff setzen / die nach Gelegenheit dieser Zeit und Lande unbequem / und eines Theils nach dem Buchstaben nicht wohl müglich zu gebrauchen wären / darzu auch dieselben Recht die Form und Maß einer ieglichen Peinlichen Straff nicht anzeigen / sondern auch guter Gewohnheit / oder Erkäntnüß verständiger Richter befehlen / und in derselben Willkühr setzen / die Straff nach Gelegenheit und Aergernüß der Ubelthat aus Lieb der Gerechtigkeit / und um gemeines Nutz willen / zu ordnen und zu machen. Aber sonderlich ist zu mercken / in was Sachen / oder derselben gleichen / unser Kayserl. Recht / keinerley Peinliche Straff am Leben / Ehren / Leib / oder Gliedern setzen / oder verhängen / daß Richter und Urtheiler / darwider auch niemand zum Tod / oder sonst peinlich straffen. Und damit Richter und Urtheiler / die solcher Rechten nicht gelehrt sind / mit Erkäntnüß solcher Straff / desto weniger wider die gemeldten Rechten / oder gute zuläßige Gewonheiten handeln / So wird hernach von etlichen Peinlichen Straffen / wann / und wie die gedachter Recht / guter Gewonheit und Vernunfft nach geschehen sollen / gesetzt.

Art. CV.

Von unbenanten Peinlichen Fällen und Straffen.

Ferner ist zu mercken / in was peinlichen Fällen / oder Verklagungen / die peinlichen Straffen in diesen nachfolgenden Articuln nicht gesetzt / oder gnugsam erkläret / oder Verständigt wären / sollen Richter und Urtheiler (so es zu schulden kommt) Raths pflegen / wie in solchen zufälligen / oder unverständlichen Fällen / unsern Kayserlichen Rechten und dieser unser Ordnung am gemäßigsten gehandelt und geurtheilet werden soll / und alsdann ihre Erkäntnüß darnach

nach thun: wann nicht alle zufällige Erkäntnüß und Straff / in dieser unser Ordnung gnugsam mögen bedacht und beschrieben werden.

AD ART. CIV. & CV.

Posit. I.

QVi crimen jure communi scripto capitale patraverit, in eum isto mortis genere, quod more locorum receptum, vel quod Judex æquus & peritus arbitrabitur, animadverti debet.

II. At in casibus jure communi non capitalibus nullam mortis pœnam se irrogasse Imperator hic profitetur.

III. Quidnam vero per jus commune scriptum hic intelligat Imperator, anceps quæstio est, & magna industria contendit Kulpisius *in Diss. de germanicarum LL. veterum & Romani juris usu & autoritate præsente.* intelligi specula Germanica, imprimis Svevicum, quod Käyserlich- und Königlich Land- und Lehn-Recht inscribitur, nec non Recessus & Reformationes Politicas Imperii hanc constitutionem Criminalem antecedentes.

IV. Verum nullus dubito, concinnatores Constitutionis Criminalis, utpote Moribus Germanorum parum faventes, jus civile Romanum intellexisse.

V. Porro quoties jus civile pœnam corporis afflictivam morte mitiorem, quæ tamen ubique commode infligi non possit, decernit, eam in aliam moribus convenientem mutari posse disponitur, dummodo utrobique nec capitalis, nec corporis afflictiva, nisi præeunte Jure Civili, decernatur.

VI. Ceterum cynosuram judicibus se suppeditaturum Imperator profitetur, propositis quibusdam pœnarum criminalium exemplis, reliqua eorum arbitrio, quod tamen huic constitutioni & juri Romano accommodandum esse monet, permittit *art. 104. in fin. & 105.*

VII. Rationem addit: quia non omnes casus huic constitutioni nominatim inseri potuerunt; id enim particula wann / *in fine*

fine art. 107. usurpata indicat, quemadmodum vel centum exempla Codicum Saxonici & Svevici comprobant: idque tanto magis notari meretur, quod insolitus hujus voculæ significatus celeberrimorum etiam virorum industriam aliquando effugerit. *vid. Thomas. Hist. Juris Feud. §. 47. in not. lit. Q.*

VIII. Undenam vero prius subsidia petenda, si pœna hic determinata non sit? 1) ex consvetudinibus, & constitutionibus Provincialibus, 2.) ex juribus antiquis Saxonicis & Svevicis, 3) ex Jure Civili.

IX. Ratione tertii tamen magna circumspectione opus est, ne delicta hodie exigui momenti atroci pœna civili, vel crimina hodie atrocia levibus mulctis Romanis coercenda putemus. *vid. L. 3. C. de vet. numism. potest.*

X. Et quidem rationes juris Romani circa crimina præ omnibus acutissime explicavit Anton. Matthæi *in tractatu de criminibus*; usum vero hodiernum Germanicum etiam extra Saxoniam, Benedictus Carpzov. *in Practica criminali.*

ART. CVI.

Wie GOttesschwerer / oder GOtteslästerung gestrafft werden soll.

So einer GOtt zumißt / das GOtt nicht bequem ist / oder mit seinen Worten GOtt / das ihm zustehet / abschneidet / die Allmächtigkeit GOttes / seine heilige Mutter / die Jungfrau Maria / schändet / sollen durch die Amtleut / oder Richter / von Amtswegen angenommen / eingelegt / und darnach am Leib / Leben / oder Gliedern / nach Gelegenheit und Gestalt der Person / und Lästerung / gestrafft werden. Doch / so ein solcher Lästerer angenommen und eingelegt ist / das soll an die Oberkeit mit nothdürfftiger Unterrichtung aller Umstände gelangen / die darauff Richtern und Urtheilern Bescheid geben / wie solche Lästerung den gemeinen unsern Kayserlichen Rechten gemäß und sonderlich nach Inhalt besonderer Artickl unsers Reichs Ordnung / gestrafft werden soll.

AD

Ad Art. CVI.

Posit. I.

BLasphemare est maledicere, convitiis insectari, vel reprehendere: neque ergo adversus Deum solum, sed etiam adversus Principem aliosque usurpatur.

II. Ita blasphemare sententiam, Germanice ein Urthel schelten/ idem erat, quod appellationem interponere; & blasphemus pro infami, ævo latinitatis declinantis sæpe dicitur, *vid. Carol. du Fresne, Glossar. voc. blasphemare.*

III. In eo tamen plures critici occupantur, ut ostendant, blasphemiæ vocem principaliter de convitio injusto, eoque adversus Deum facto, intelligi, nisi nempe alia explicatio adjiciatur, *vid. Grot. ad Matth. cap. 9. comm. 3.*

IV. Committi blasphemia tribus modis dicitur, 1) quando, quod Deo non competit, tribuitur, 2) quando quod ei competit, negatur, 3) quando, quod ei soli competit, creaturæ adscribitur.

V. Verum ante omnia ad pruritum convitiandi, aut attributa numinis ludibrio exponendi, atque adeo ad animum Deo infestum, vel ejus contemtum, respiciendum est.

VI. Blasphemia proprie dicta adversus ipsum Deum committitur, atque ergo ex hypothesi eorum, qui cultum Romanum non sectantur, neque adversus Genitricem Salvatoris, neque Sanctos reliquos, in quos tamen conjecta convitia, quemadmodum aliæ etiam in defunctos commissæ injuriæ, relegatione vel carcere, quin &, si injuria per indirectum in ipsum Deum redundet, fustigatione puniuntur.

VII. Pœna blasphemiæ jure Mosaico erat lapidationis supplicium. *Levit. XXIV. 16.*

VIII. Apud Græcos & Romanos rarissima pœnæ hujus criminis mentio, usque ad tempora Justiniani, qui *Nov. 77. cap. 1. & 2. §. 1. & c.* graviter de hoc crimine constituit.

IX. Ratio pœnæ antea non constitutæ, a quibusdam reddita fuit, quod Numinis offensio ipsius Numinis vindictæ relinqui debeat.

X. Interim recte ab hominibus puniri blasphemiam, non dubitamus; licet enim largiar, quod nonnulli obtendunt, principem non salutis æternæ, sed tranquillitatis temporalis causa constitutum esse; scandalum tamen & progressus a Numinis contemtu aperto ad reliqua quævis crimina pœnam exigere videntur.

XI. Sequioribus itaque temporibus majorem curam Principes ad coercendum hoc crimen attulerunt, & maxime in Imp. Rom. Germ. adversus blasphemos, Imperatores & principes vigilarunt, *vid. Rec. Imp. de anno 1495. 1512. 1530. 1548. 1577. 1599.* & quantum ad Jura Saxonica *Ordinat. Prov. de ann. 1550. & 1555. Const. Elect. 1. Part. 4. Ordinationes Politicæ de ann. 1612. & 1657. Decis. Novissima* 75. ex quibus sequentes regulæ formari possunt.

XII. I.) Blasphemia erga Deum immediata, dolo malo & præmeditato consilio commissa, gladio punitur.

XIII. Iracundia adversus homines concepta, quemadmodum & summa ebrietas, & pœnitentia e vestigio declarata, pœnam mitigant, non vero iracundia adversus ipsum Deum.

XIV. Et hæc blasphemia, etiam simplici vice commissa, capitalis esse potest, neque repetitio præcise requiritur, *add. Clasenius ad h. art. 106.*

XV. In Saxon. Elect. etiam ii, qui blasphemiam audiverunt, & Magistratui non denunciarunt, arbitrarie puniuntur, scil. numellis, carcere vel mulcta, *Ordinat. polit. de ann. 1661. tit. 3.*

XVI. II. Blasphemia in Deum immediate ex animi levitate aut præcipiti petulantia, vel ebrietate mediocri commissa hic *art. 106.* punienda dicitur, an Gliedern/ quod explicatius effertur *in Rec. Imp. de ann. 1548.* mit Benehmung etlicher Glieder.

XVII. Id vero *per Const. Elect. Sax. I. Part. 4.* de linguæ abscissione intelligitur, quæ tamen ipsa etiam frequentari desiit, & in Saxon. Elect. in fustigationem converti cœpit. *Decis. Novissima LXXV.*

XVIII.

XVIII. Blasphemia mediata, sive execrationes per vulnera Christi aut Sacramenta, numellis in Saxonia puniuntur. *Ordinat. polit. de ann. 1661. tit. 3.*

XIX. Atque hæc pœna etiam ab eo, qui inferiori tantum jurisdictione gaudet, recte decernitur, *per Ordinat. polit. Sax. d. l.*

XX. Et omnibus indistincte absque ulla prosopolepsia infligitur, *Ordinat. polit. Saxon. de ann. 1612.*

XXI. Ad hanc tamen pœnam publicam requiri videtur, ut execratio per Sacramenta fiat, 1) in abstracto, 2) facta Dei mentione, & 3) ut ipsa repetatur, sive reiteretur; quæ requisita a Collegiis Witebergensibus, utpote *Ordinationi politicæ* convenientia semper observantur, secus, ac a Lipsiensibus. a)

a) Dissensus iste demum Rescripto Regio, d. 4. Augusti clo Io CCXII. dato sublatus est, cujus verba, in quantum huc pertinent, adjicere lubet: Wir haben Zeithero verschiedentlich wahrgenommen / daß in denen Rechts-Collegiis unserer Lande in Erkennung der Straffe des Halß-Eisens bey denen / so Sacramentirens halber in die Inquisition gerathen / sich einige Discrepanz ereignet / indem theils schlechter Dinge auff die öffentliche Ausstellung an Pranger / oder das Halß-Eisen / bey dem Sacramentiren erkant / andere aber nicht eher auff das Halß-Eisen gesprochen / als wenn GOttes Sacramenta, und zwar in abstracto gemißbrauchet / solches auch bößlich wiederholet worden / inmassen auch davon vieles in denen hinc inde herausgegebenen öffentlichen Schrifften angemercket zu befinden. Wann wir aber &c. Als wollen wir den §. 6. Tit. III. der Policey-Ordnung de anno 1661. hierdurch dergestalt erkläret haben / daß die Straffe der öffentlichen Ausstellung an Pranger / oder das Halß-Eisen / vor die Kirchen / Rathhäuser / oder Schenckstädte nicht eher Platz haben soll / es habe denn einer bey GOttes Sacramenten geflucht / und also das Wort Sacrament, Sacramentisch / nicht schlechter Dinge / sondern mit dem Zusatz / GOttes Sacrament, oder GOttes Sacramentisch / gebrauchet / und solches bößlich wiederhohlet. Sed novum Scrupulum denuo vox bößlich peperit.

XXII. Præter numellas etiam carcer, plerumque 14 dierum dictitatur, qui extra Saxoniam utplurimum duplicatus, numellas omnino absorbet.

Art. CVII.

Straff derjenigen / so einen gelehrten Eyd vor Richter und Gericht Meineydig schweren.

WElcher vor Richter / oder Gericht / einen gelehrten Meineyd schweret / so derselbig Eyd zeitlich Gut antrifft / das in des / der also fälschlich geschworen hat / Nutz kommen / der ist zuforderst schuldig / wo er das vermag / solch fälschlich abgeschworen Gut dem Verletzten wieder zu kehren / soll auch darzu verleumdt / und aller Ehren entsetzt seyn. Und nachdem im H. Reich ein gemeiner Gebrauch ist / solchen Falschschwerern die zween Finger / damit sie geschworen haben / abzuhauen / dieselbe gemeine gewöhnliche Leibstraff wollen wir auch nicht ändern. Wo aber einer durch seinen falschen Eyd iemand zu Peinlicher Straff schwüre / derselbig soll mit der Poen / die er fälschlich auff einen andern schweret / gestrafft werden. Wer solch falsch Schweren mit Wissen / fürsetzlich und arglistiglich darzu anrichtet / der leidet gleiche Poen.

Art. CIIX.

Straff derer / so geschworen Uhrphede brechen.

WRicht einer ein geschworne Urphede mit Sachen und Thaten / darum er unser Käyserlichen Rechten und dieser Ordnung nach / zum Tod ohne das möcht gestrafft werden / derselben Todstraff soll Folge geschehen. So aber eine Urphede mit Sachen / darum er das Leben nicht verwirckt hat / fürsetzlich und freventlich verbreche / der sol als ein Meineydiger / mit Abhauung der Hand / oder Finger / und anderm / wie im nächst obgemeldten Articul berührt / gestrafft werden. Wo man sich aber weiter Missethat vor ihm besorgen müste / soll es mit ihm gehalten werden / als im 176. Articul / hernach davon geschrieben

stehet

stehet / anfahend / Item / so einer ein Urphed freventlich und fürsetzlich verbrochen.

Ad Art. CVII. & CVIII.

Posit. I.

JUris jurandi contemta religio satis Deum ultorem habet: si vero per principis venerationem calore quodam pejeratum fuerit, periculum corporis, vel majestatis crimen inferri non placet. ita Alexander Imperator *in l 2. C. de rebus creditis.*

II. Nempe iis temporibus perjurium æque ac blasphemia Divinæ vindictæ relinquebatur, quoniam Numen id sibi reservandum expresse significasse videbatur. Exod. XX. 7. dissentit Wissenbach. *ad d. l. 2. C.*

III. Deinde jure Canonico excommunicatio & infamia, atque per mores arbitraria aliqua pœna perjuris irrogari svevit.

IV. Scil. distingvendum inter perjuria extemporanea & præmeditata, deinde inter judicialia & extrajudicialia, porro inter perjuria ab initio talia & violationes jurisjurandi promissorii ex intervallo commissas.

V. Perjurium extemporaneum levius coercetur, quam extrajudiciale præmeditatum: hoc iterum levius, quam juramentum judiciale ex posttacto violatum, gravissime vero perjurium judiciale in continenti tale, adeo ut pœna abscissionis digitorum, vel potius priorum articulorum, in ultima tantum specie, quin, & in ea vix observetur, de qua sola etiam Imperator *h. art.* loquitur. *add. Carpz. Quæst. 46. sq.*

VI. Nisi quod *Urpheda* violatio regulariter digitorum amputatione, altera vero vice fustigatione, tertia capite puniatur, qua in re comparari meretur *Const. Elect. Saxon. 48. P. 4. & Carpz. jam d. l.*

Art. CIX.
Straff der Zauberey.

So iemand den Leuten durch Zauberey Schaden oder Nachtheil zugefüget / soll man ihn straffen von Leben zum Tod / und man soll solche Straff mit dem Feuer thun. Wo aber iemand Zauberey gebraucht / und darmit niemand Schaden gethan hätte / soll sonst gestrafft werden / nach Gelegenheit der Sach / darinnen Urtheiler Raths gebrauchen sollen / wie vom Rathsuchen hernach geschrieben stehet.

Ad Art. CIX.

Posit. I.

MAgi, sagæ, & id generis malefici, incantationibus si damnum cuiquam dederint, vivicomburio; alias arbitrarie puniuntur, *per art. 109.*

II. Ubi quantum ad prius membrum consentit Jus. Prov. Sax. *lib. 2. art. 13.* welcher mit Zauberey umgehet / und der überwunden wird / die soll man auff einer Horden brennen.

III. Sed in plerisque Germaniæ exterisque locis, varii casus ab invicem separari cœperunt, quorum regulas maximam partem exhibet Carpz. *quæst. 49. & 50.*

IV. *Pactionis expressæ* cum Diabolo pœna ignis est, sive cuiquam nocitum sit, sive non, sive execranda cum daemone libido interceserit, sive non.

V. Eademque pœna obtinet, si sagæ cum Diabolo absque fœdere expresso *concubuerint*, cujus pœnæ justitia ex analogia criminis sodomitici dependet.

VI. Quicunque absque fœdere cum diabolo *damnum* cuiquam magicis artibus infert, gladio punitur, quod jure Saxon. Electorali certissimum est, *per const. 2. P. 4.*

VII. Nec non ii, qui damnum non dant, neque diabolo se man-

mancipant, cum eo tamen *commercium* habent, atque res futuras ex eo quærunt, vel subsidium in opere perficiendo implorant.

VIII. Reliqui, artibus superstitiosis utentes, u. g. characteribus, amuletis, fascinationibus, citra tamen damni illationem, arbitrarie puniuntur, aliquando mulcta solum, vel carcere; sæpius relegatione.

IX. Insuper verbi divini ministris traduntur, in voluntate divina melius informandi, deque vitanda superstitione admonendi.

X. Ita vulgo. Sed ab omni tempore fuerunt, qui pleraqve phantasiæ læsæ, nempe melancholiæ ex humoribus viscidis & frigidis provenienti, quin etiam exquisitis tormentis, responsiones vero haut similes extorquentibus, tribuerent, quorum rationes variæ sunt.

XI. Alii in dubium vocant existentiam spirituum malorum creatorum, a materia plane separatorum, & quæ in sacris reperiuntur, huc pertinentes historias de hominibus accipiunt, quo spectat Balthasar Beckerus in tractatu lingva belgica conscripto, deinde in germanicam verso, quem *orbem fascinatum* inscripsit, die bezauberte Welt.

XII. Alii Spiritus malos, per se subsistentes extra corpora, concedunt quidem, negant vero eos corpus alienum movere, vivificare, & formare vel transformare posse, quo pertinere videntur Antonii von Dalen Commentt. *de miraculis*, item *de idololatria & superstitione*.

XIII. Negant miracula ab alio, quam naturæ conditore & conservatore, fieri posse, quia miracula sint suspensio, vel mutatio ordinis & motus naturalis; quo faciunt Connor *de miraculis*, & Thomæ Brouvvne *Religio Medici*.

XIV. Contendunt simul, omnes istas artes vel naturalem originem, vel deceptionem artificialem supponere, atque priora ex influxu Astrorum, Sympathia, viribus Herbarum, aliarum.

rumque rerum naturalium, descendere, quo spectant Henrici Cornelii Agrippæ libri *de occulta Philosophia*, & Kenelm. Digbii Heimlichkeiten der Natur in der Sympathie.

XV. Alii magiam præternaturalem non negant, negant vero pactum & congressum cum Diabolo, negant congregationes in monte Brocterorum, item transformationem hominum in lupos vel feles, & similia glaucomata, vid. Thomasii disp. de crim magiæ, respondente Joh. Reichio anno 1701. ventilata, qui posterior varios tractatus in hoc argumento pro sua sententia facientes in duos fasciculos digestos lingva Germanica edidit.

XVI. Quid ergo dicemus? qui magicis artibus alteri nocet, merito gravissime punitur, sive origo damni naturalis sit, sive præternaturalis, quia hoc damnum a nemine, & multo minus quam veneficium proprie dictum, vel latrocinium præcaueri potest.

XVII. Quæstiones vero de pacto, concubitu, & choreis cum immundis spiritibus institutis, hodie non videntur practicæ, postquam intra annos proximos viginti quinque & quod excurrit, earum exempla in collegiis juridicis hujus loci non amplius comparuerunt.

ART. CX.

Straff/ schrifftlicher/ unrechtlicher/ Peinlicher Schmähung.

WElcher iemand durch Schmachbrieff/ zu Latein libellus famosus genannt/ die er ausbreitet/ und sich nach Ordnung der Recht/ mit seinem rechten Tauff- und Zu-Nahmen nicht unterschreibet/ unrechtlicher/ unschuldiger Weiß/ Laster und Ubel zumist/ wo die mit Warheit erfunden würden/ daß der geschmächt/ an seinem Leib/ Leben/ oder Ehren/ Peinlich gestrafft werden möchte/ derselbig boßhafftige Lästerer soll nach Erfindung solcher Ubelthat/ als die Recht sagen/ mit der Poen/ in welch er den unschuldigen geschmächten/ durch seine böse/ unwarhafftige Läster-schrifft hat bringen wollen/

len / gestrafft werden. Und ob sich auch gleichwohl die aufgelegte Schmach der zugemessenen That in der Wahrheit erfünde / soll dennoch der Ausruffer solcher Schmach nach Vermög der Recht / und Ermessung des Richters / gestrafft werden.

Ad Art. CX.

Posit. I.

Libellus famosus est scriptura, qua alicui crimen objicitur, neque de scribente ex ipsa scriptura constat, & alias pasquillus vocatur, de cujus etymologia vid. Clasenius *ad h. art.* § 3.

II. *Est scriptura*: aliquando tamen etiam pictura; & requiritur, ut objiciatur *crimen*, non vitium naturale, licet quis tanquam extreme stupidus, deformis, rusticus &c. deridendus exponatur, quod impune quidem non est, atrocitatem tamen libelli famosi non exhaurit.

III. Sive injuriatus proprio nomine, sive qualitate descriptus sit, nihil interest, modo talis sit descriptio, quæ dubium nullum relinquit, hanc vel illam personam indigitari, qua in re libellus famosus a satyra differt.

IV. Porro ad libellum famosum pertinet, ut Autoris nomen *subscriptum non sit*, tutius enim peccat, qui latet, atque adeo, si ex latibulo protrahatur, asperius coercendus est, *add. Clasenius ad h. art. p. 362.*

V. Pœna hujus criminis variat, prout, quod alicui objicitur, verum est, vel falsum, si verum sit, pœna arbitraria est, quæ relegationem nunquam excedit, raro ad eam pertingit: Si falsum, pœna talionis infligitur, etiam capitalis, si crimen alteri objectum capitale fuerit.

VI. Verum hæc pœna a foro recessit, ut recte Julius Clarus *lib. V. sentent. Quæst. 68. n. 25.* Carpz. *part. 4. const. 44. def. 2. in fin.* observant, quos non satis refutat Clasenius *ad h. art. p. 368. sq.* qui etiam causas pœnam mitigantes diligenter enumerat. *d l.*

VII. Cum ejusmodi scripta famosa maxime tempore belli aut gliscentium in republ. discordiarum, typis publicis mandentur, in Ordinat. Polit. Imp. *de anno 1577. tit. 35.* quid hac in re observandum sit, post varias constitutiones alias disponitur.

VIII. Imprimis typographi adstringuntur, ne quicquam prelo subjiciant, nisi quod a personis, quibus inspectio librorum edendorum commissa, recognitum est, quod ex subscriptione constat.

IX. Idque imprimis in libris manuscriptis observatur; Codices vero jam impressos recudere perinde non licet, nisi prius censoribus exhibeantur, & licentia imprimendi impetretur.

X. Interim Bibliopolam ob id, quod librum cultui vero divino, pietati in Principem, amori erga proximum, vel verecundiæ contrarium, ab aliis emtum, aut, quod frequentius est, permutationis titulo acceptum, publice vendat, puniri non posse, recte monet Clasenius *d. l.*

XI. Nisi liber iste specialiter & publice proscriptus fuerit, adjecta, quod plerumque fieri solet, sanctione certæ mulctæ; tunc enim ignorantiam obtendere Bibliopolæ amplius non possunt.

XII. De reliquis injuriarum speciebus *in posit. ad Inst. & tit. de Injuriis.* satis diximus.

ART. CXI.

Straff der Müntzfälscher / und auch der / so ohn habend Freyheit müntzen.

IN dreyerley Weiß wird die Müntz gefälscht / Erstlich / wann einer betrieglicher Weiß eines andern Zeichen darauff schlägt: Zum Andern / wann einer unrecht Metall darzu setzt: Zum Dritten / so einer der Müntz ihre rechte Schwere gefährlich benimmt: Solche Müntzfälscher sollen nachfolgender massen gestrafft werden: Nemlich / welche falsche Müntz machen / zeichen / oder dieselbigen falsche Müntz auffwechseln / oder sonst an sich bringen und wiederum

gefähr-

gefährlich und boßhafftiglich / dem Nechsten zu Nachtheil / wissentlich ausgeben / die sollen nach Gewonheit / auch Satzung der Recht / mit dem Feuer vom Leben zum Tod gestrafft werden: die ihre Häuser darzu wissendlich leyhen / dieselben Häuser sollen sie damit verwirckt haben. Welcher aber der Müntz ihre rechte Schwere gefährlicher Weiß benimmet / oder auch ohne habende Freyheit müntzte / der soll gefänglich eingelegt / und nach Rath am Leib / oder Guth / nach Gestalt der Sachen gestrafft werden. Wo aber irgend einer eines andern Müntz umpräget / oder wiederum in Tigel brächte / und geringe Müntz daraus machte / der soll am Leib / oder Gut nach Gestalt der Sachen / gestrafft werden. So aber mit der Herrschafft Willen und Wissen das geschehe / so soll dieselbige Herrschafft ihre Müntz-Freyheit verwirckt und verlohren haben.

Ad Art. CXI.

Posit. I.

QVi monetam ratione materiæ falsam cudit, vel plus cupri, quam par est, argento, aut plus argenti auro admiscet, vel ab alio confectam scienter expendit, vivicomburio punitur, & domus, in qua, sciente ejus Domino, moneta fabricata est, publicatur.

II. Idem obtinet, si quis alterius Principis insignia & effigiem monetæ imprimat.

III. At, qui monetam abradit, vel sine Principis permissu fabricat, vel monetam resolvit, & viliorem inde conficit, arbitrarie punitur. Princeps vero, cujus indultu moneta resolvitur & transformatur, jus monetandi amittit.

IV. Atque ita ex mente Constitutionis Carolinæ dicendum est, verum praxis tum demum vivi comburio inhæret, quando unus idemque monetam fabrefecit, eamque expendit.

V. Qui eam solum confecit, gladio, qui solum expendit, fustigatione punitur.

VI. Nisi vel ignorantiam jurejurando aut perpessione territionis realis confirmet: quo casu ab omni pœna absolvitur; vel monetam in ludo fortunæ exposuerit, ubi mitius punitur.

VII. Qui principis extranei ad Imperii Romano Germanici corpus non pertinentis signum monetæ falsæ imponit, eamque expendit, gladio punitur.

VIII. Cæterum quoad pœnam ignis non interest, an monetæ falsæ Imperatoris, an Principis, Statusve Imperii, cui jus monetandi competit, effigies imprimatur, utraque enim moneta imperialis est.

IX. Aliud affirmandum de moneta provinciali, Land-Münße/ qualis ea intentione conficitur, ut saltem in hac provincia, non in reliquis Imperii ditionibus valeat.

X. Quod ipsum etiam extendere solent ad monetam Principum, quæ quidem valorem per universum imperium sustinet, verum non secundum bonitatem in comitiis imperialibus, sed ex conventione quorundam statuum, vel alicujus circuli determinata fabricatur, Germ. Current-Geld/ so nach dem Zinnischen oder Leipziger Fuß/ ausgemünßet worden.

XI. Deinde non interest, an falsa moneta majorem, an minorem valorem præ se ferat, ob es grobe oder geringe Sorten seyn; Propter obulos tamen, item quadrantes vel semisses, similesque species minores fabrefactas, nisi eximia quantitas, vel delicti continuati diuturnitas, pœnam exasperet, arbitraria coërcitio adhibetur.

XII. Idem dicendum, si quis monetam argenteam lamina aurea obducat, aurove tingat, & sub aureorum specie expendat.

XIII. Ordines Imperii jure monetandi non gaudentes ob ejus juris usurpationem puniendos esse, vult Carpzovius, quia hoc jus non ex superioritate territoriali, sed ex privilegio speciali competat.

XIV. Verum notanda limitatio; monetam provincialem cudendi potestatem cuivis imperii statui competere, nisi & ipsi speciа-

ſpecialiter renunciaverit, iſta tamen moneta extra ejus territorium nummi vice non fungitur. De quibus omnibus Carpz. *Quæſt. Crim. 42. & 43.*

XV. Quid vero priſcis Germanorum & maxime Saxonum moribus in hoc argumento obtinuerit, ex *art. 26. lib. 2. Juris Prov. Saxon.* requirendum eſt.

Art. CXII.

Straff derjenigen/ ſo falſch Siegel/ Brieff/ Urbar/ Rent- oder Zinßbücher/ oder Regiſter machen.

WElche falſch Siegel/ Brieff/ Inſtrument/ Urbar/ Renth- oder Zinßbücher/ oder Regiſter machen/ die ſollen an Leib oder Leben/ nachdem die Fälſchung viel oder wenig/ boßhafftig und ſchädlich geſchicht/ nach Rath der Verſtändigen/ oder ſonſt/ als zu End dieſer Ordnung vermeldet/ Peinlich geſtrafft werden.

Art. CXIII.

Straff der Fälſcher mit Maß/ Waag und Kauffmanſchafft.

WElcher böſlicher und gefährlicher weiß/ Maß/ Waag/ Gewicht/ Specerey oder andere Kauffmanſchafft fälſchet/ und die für gerecht gebrauchet und ausgiebt/ der ſoll zu Peinlicher Straff angenommen/ ihm das Land verbothen/ oder an ſeinem Leib/ als mit Ruthen ausgehauen/ oder dergleichen/ nach Gelegenheit und Geſtalt der Uberfahrung/ geſtrafft werden: Und es möcht ſolcher Falſch als offt gröſlich und boßhafftig geſchehen/ daß der Thäter zum Tode geſtrafft werden ſoll/ alles nach Rath/ wie zu End dieſer Ordnung vermeldet.

Ad Art. CXII. & CXIII.

Poſit. I.

FAlſum eſt doloſa veritatis immutatio, ex qua damnum in

alios redundat, culpa enim falsum, quod poenam mereatur, non committitur.

II. Neque pœnæ ordinariæ subjacet falsum, ex quo damnum non oritur.

III. Deinde immutatio veritatis, quæ fit verbis ore prolatis, fere impunis est, certe non tanquam falsum, sed ob alias circumstantias punitur, ad falsum enim, factum aliquod semper requiri, ex inductione exemplorum constat. *add. l. 23. ff. ad L. Cornel. de falsis.*

IV. Pœna falsi arbitraria est, plerumque fustigationis. *his articulis 112. & 113. & Jure Prov. Saxon. Lib. 2. art. 13.*

V. Eaque pœna obtinet (1) si quis vitia morbosve corporis simulet, e. g. se esse mutum, cœcum, claudum, epilepticum, & similia.

VI. (2) Si partum falsum supponat, *L. 1. C. h. t.* ubi non ultimum supplicium, sed mors civilis subintelligitur.

VII. (3) Si mendicus falsa attestata, quasi bona ejus igne absumta fuerint, proferat, dummodo ob hanc causam eleemosynas, licet modicas, acceperit.

VIII. (4) Si quis infantem baptizatum lucri causa, factum dissimulans, denuo ad baptismum offerat, vel patrinos invitet, quando infans plane non adest.

IX. (5) Si quis loco personæ jam defunctæ aliam ad celebrandum contractum, conficiendum testamentum, aut actum judicialem, falso substituat.

X. (6) Si quis magnatem aut personam egregiam præ se ferens, lucrum inde, maxime apud aulas, reportaverit, vel seditiones concitaverit, quo casu etiam ultimo supplicio animadvertitur. exempla apud Carpz. *Quæst. 93. n. 98.* item in Franciſci Trauer-Saal *tomo I Hist. 19. 20. & 21.* prostant.

XI. (7) Qui falsis mensuris ponderibusque utuntur, vel aromatibus materiæque medicæ species diversas viliores admiscent

scent, vinum vel cerevisiam aqua diluunt, atque id genus plures alii.

Art. CXIV.

Straff derjenigen / die fälschlich und betrieglich Untermarckung / Rainung / Mahl- oder Marckstein verrücken.

Welcher böslicher und gefährlicher Weiß ein Untermarckung / Rainung / Mahl oder Marckstein verrückt / abhauet / abthut oder verändert / der soll darum Peinlich an Leib / nach Gefährlichkeit / Größ / Gestalt und Gelegenheit der Sachen / und Personen / nach Rath gestrafft werden.

Ad Art. CXIV.

Posit. I.

De finium jure & quinque pedum præscriptione ad ff. *tit. fin. regund.* actum est; de termini vero moti crimine ejusque pœna itidem *ad ff. de term. moto.* diximus, conf. Clasenius *in comment. ad hunc articulum.*

Art. CXV.

Straff der Procuratorn / so ihren Partheyen zu Nachtheil / gefährlicher / fürsetzlicher Weiß den Wiedertheilen zu gut handeln.

So ein Procurator fürsetzlicher gefährlicher Weiß seiner Parthey in Bürgerlichen und Peinlichen Sachen zum Nachtheil und dem Widertheil zu gut handelte / und solcher Ubelthat überwunden würde / der soll zuförderst seinem Theil / nach allem Vermögen / seinen Schaden / so er solcher Sachen halben empfäht / widerlegen / und darzu in den Pranger / oder Halßeisen gestellet / mit Ruthen ausgehauen / des Lands verbotten / oder sonst nach Gelegenheit der Mißhandlung in andere Weg gestrafft werden.

Ad Art.

AD ART. CXV.

Posit. I.

ET hac de re *ad Pand. tit. de prævaricat.* dictum est, ubi notandum; hoc loco saltem de prævaricatione, quam illic impropriam diximus, agi. *conf. Gilhausen in arbore criminal. c. 2. tit. 31.*

II. Deinde hic disponitur de prævaricatore occulto, qui, antequam causa clientis sui se abdicaverit, adversarium clam juvat.

III. Mitius ergo punitur, qui postquam patrocinio renunciavit, adversarii partes clam defendit, quemadmodum &, qui in causa aliqua Notarii, Actuarii vel Judicis munere functus est, postea advocati partes sustinere non potest.

ART. CXVI.

Straff der Unkeuschheit / so wider die Natur beschicht.

SO ein Mensch mit einem Vieh / Mann mit Mann / Weib mit Weib / Unkeuschheit treiben / die haben auch das Leben verwirckt / und man soll sie der gemeinen Gewohnheit nach / mit dem Feuer vom Leben zum Tod richten.

AD ART. CXVI.

Posit. I.

NAturæ adversari vitium, ubi Venus mutatur in alteram formam, sexusque locum perdidit, nemo negat, an vero juri naturæ contrarietur, plures dubitarunt, qua de re *alibi.*

II. Jure divino positivo universali id prohiberi, dubitare non licet Oraculum *Levit. XIIX. 22. sqq.* pœna tamen capitalis *Levit. XX. 13. 15. & sq.* juris forensis, adeoque mutabilis est.

III. Jure Romano antiquo Sodomia sexus stupro annumerabatur *L. 6. §. 1. ff. ad. L. Jul. de adulter. L. 25. & 29. C. eod.* Sodomia

domia vero generis plane impunis fuisse videtur, quoniam delicta contra pudicitiam non ex agentis malitia, sed ex injuria patientis æstimabantur, de quo *pos. 47. seqq. Inst. de Publ. Judic.* dixi.

IV. Postea per *L. 31. C. eod. tit.* Constantius & Constans Imperatores gladio ultore Jura armari jubebant.

V. Constitutio Carolina inter Sodomiam Sexus & generis non distingvit; distingvit vero praxis, & priori casu gladium dictitat, posteriori vivicomburio locum relinquit. *vid. notas ad posit. 45. Inst. de publ. Judic. lit. C.*

VI. Mastupratio crimen pernicioſissimum, quando quis secum ipse venerem exercet, fustigatione vel exilio, pro arbitrio & circumstantiarum ratione punitur. *add. Steph. ad h. art.* ubi varii generis exempla.

Art. CXVII.

Straff der Unkeuschheit/ mit nahen gesipten Freunden.

So einer Unkeuschheit mit seiner Stiefftochter/ mit seines Sohns Eheweib/ oder mit seiner Stieffmutter treibt/ in solchen/ und noch nähern Sipschafften/ soll die Straff/ wie davon in unserer Vorfahren/ und unseren Käyserlichen geschrieben Rechten gesetzt/ gebraucht/ und derhalb bey den Rechtsverständigen Raths gepflogen werden.

Ad Art. CXVII.

Posit. I.

PRohibitio congressus personarum cognatarum & affinium exponi solet *ad tit. Inst. d. nuptiis, & ff. de sponsal.* ubi *in posit. nostris* principia juris divini, Romani, Canonici & hodierni evoluta sunt.

II. Pœna vero incestus perinde exposita non est, eamque

secundum jus commune infligi vult Imperator, istius vero sententia non satis constans, summatim exhibetur *in Colleg. Jur. Argent. tit. ad L. Jul. de adulter. §. 18.* & paulo distinctius in erudito opere Henrici Brouvveri *de jure connubiorum apud Batavos. Lib. 2. c. 17. §. 8.*

III. Et licet pœnam incestus Jure divino definitam reperiamus *Levit. XX. Deut. XXVII.* ea tamen, cum juris forensis sit, regulam facere hodie non potest.

IV. Sed cum Juris communis dispositio maxime incerta & ob minimas circumstantias mutabilis sit, invaluit opinio, incestum contra jus naturæ pœna capitis, contra jus divinum pœna fustigationis, contra jus vero humanum mitiori pro arbitrio judicantium vindicandum esse, qualis pœna jure Saxonico quoque præcepta est. *Const. Elect. Sax. 22. seqq. P. IV.*

ART. CXIIX.

Straff derjenigen/ so Ehe-Weiber / oder Jungfrauen entführen.

SO einer iemand sein Eheweib / oder eine unverleumdte Jungfrau wider des Ehemanns/ oder des ehelichen Vaters Willen/ einer unehrlichen Weiß entführet / darum mag der Ehemann / oder Vater / unangesehen / ob die Ehefrau / oder Jungfrau / ihren Willen darzu gibt / Peinlich klagen: und soll der Thäter / nach Satzung unser Vorfahren / und unser Kayserlichen Rechten / darum gestrafft / und derhalben bey den Rechtsverständigen/ Raths gebraucht werden.

AD ART. CXVIII.

Posit I.

HUic crimini capitis & quidem gladii pœna cum bonorum publicatione incumbit, de qua prolixe *l. un. C. de raptu virginum.*

II. Ea-

II. Eademque pœna iis etiam, qui opem raptori præstiterunt, imminet.

III. Porro cædes & vindicta privata, raptarum maritis, parentibus, consangvineis, tutoribus &c. indulgetur.

IV. Adeoque cum Imperator ad jus civile hic provocet, mirum videri poterat, cur ipse pœnam arbitrio Juris Consultorum relinquat.

V. Forte ejus rei ratio hæc est, quod Germani aliique populi vicini magis ad violentiam in ipsam personam raptam, quam ad injuriam in ejus familiam, commissam respexerint, & raptus personæ consentientis pœna arbitraria coërceri sveverit.

VI. Præterea ipsum raptus crimen variam faciem ex circumstantiarum diversitate induit, & plures insimul causæ, pœnam mitigantes, juribus subsequentibus invaluerunt.

VII. Nempe si uxor aliena, vel apud Pontificios Sanctimonialis rapta sit, capitis pœna non facile remittitur, nisi vel uxor persvasionibus raptorem ad facinus committendum instigaverit, vel raptor explendæ libidinis occasione non destitutus, raptam illibatam dimiserit.

IIX. At qui virginem rapuit, matrimonio cum ea celebrato, mitigationem & sæpe tacitam pœnæ remissionem impetrat, id quod jure Canonico *in Cap. penult. & ultimo X. de raptoribus*, permittitur; in Ducatu Guelferbytano vero diserte prohibetur.

IX. Alias mitigandæ pœnæ causas quibusdam gentibus usitatas afferunt Paulus Voëtius *ad §. 8. Inst. de publ. judic.* & Henr. Brouvverus *de Jur. Connubior. apud Batavos lib. 2. cap. 23. per tot. ubi numero 38.* lectu dignum exemplum exhibetur. Ita in Polonia huic crimini non nisi infamiæ pœnam incumbere, Robertus Fulstin. *in statut. Regn. Polon. tit. raptores virginum.* observat.

X. Denique etiam, qui meretricem rapuit, pœnam ordinariam non incurrit, *per h. art. verb*: unverleumdte Jungfrauen/ quod forte secus in Saxonia, ubi stuprum violentum etiam meretrici

trici illatum, capite punitur, a quo ad raptum perpetua argumenta ducuntur.

Art. CXIX.

Straff der Nothzucht.

So iemand einer unverleumdten Ehefrauen / Wittwen oder Jungfrauen mit Gewalt / und wider ihren Willen / ihr Jungfräuliche oder Fräuliche Ehr nähme / derselbig Ubelthäter hat das Leben verwircket / und soll auff Beklagung der Benöthigten in Ausführung der Missethat / einem Räuber gleich / mit dem Schwerdt vom Leben zum Todt gericht werden. So sich aber einer solches obgemeldtes Mißhandels freventlicher und gewaltiger Weiß / gegen einer unverleumdten Frauen / oder Jungfrauen / unterstünde / und sich die Frau / oder Jungfrau sein erwehrete / oder von solcher Beschwernüß sonst errettet würde / derselbig Ubelthäter soll auff Beklagung der Benöthigten / in Außführung der Mißhandlung / nach Gelegenheit und Gestalt der Personen und unterstandenen Missethat / gestrafft werden: und sollen darinn Richter und Urtheiler Raths gebrauchen / wie vor in andern Fällen mehr gesetzt ist.

Ad Art. CXIX.

Posit. 1.

Hoc crimen priscis Germanis adeo exosum erat, ut non modo capite, & secundum jus Alemannicum, si virgo stuprata fuerit, vivi defossione lueretur, sed & aedes, in quibus crimen commissum erat, diruerentur, nec rudera quibuscunque usibus applicare licuerit, praeterea homines & animalia viva, dum flagitium perageretur, praesentia occiderentur, denique si quis, quam per vim stupraverat, duxerit, liberi jus legitimorum non obtinerent, vid. **Sächß. Landr.** *Lib. 1. art. 37. lib. 2. art. 13. lib. 3. art. 1.* **Weichb.** *art 38.* **Schwäb. Landr.** *cap. 115. n. 10. item cap. 350. sq.*

II. Vide-

II. Videmus etiam, plerorumque ordinum equites susceptо charactere inter pauca alia jurasse, se pudicitiam virginum & matronarum defensuros.

III. Stuprum vero violentum non modo coactio in se facit, sed & coactio in causa, sive metus mali majoris.

IV. Dummodo vera fuerit coactio, neque puellarum lascivia sub hoc prætextu obumbretur, cujus evidens indicium est, si vim passa de peracto facinore apud Judicem conquesta non sit, aut stuprum plus una vice diverso tempore commissum fuerit.

V. Hodie stupri violenti consummati pœna gladius est, attentati pro qualitate conatus arbitraria. *add. Const. Elect. Sax. 31. part. 4. & Carpz. in Prax. Crim. Quæst. 75. integr.*

VI. Mitigatur ultimum supplicium, (1) si vim passa stupratori nubere velit; (2) si ipsa impudice vixerit, quod tamen de jure Saxonico stupratori non prodest. *alleg. Const. 31. partis 4.* ubi videri potest Carpzovius; (3) si vim passa aut inferens uterque delictum non confiteantur.

VII. Cæterum hæc pœna tam fœminis, quam masculis libidinis causa vim inferentibus pari modo infligitur.

VIII. Vim passa ab omni pœna & macula immunis est; an vero sertum sive coronam porro gestare ipsi liceat, in infinitum disputatur, nec certi quid definiri poterit, quamdiu decori ratio variat: interim ipsas quantum ad habitum externum ad sortem meretricum redigere iniquissimum est.

IX. Pro stupro violento etiam habetur, quod (1) cum mente capta (2) cum impubere committitur, nisi hæc posterior pubertati proquinqua aut saltem infantiæ annos supergressa in stuprum consentiat, quo casu inferenti pœna fustigationis infligitur.

X. Stuprum inter personam cultui Judaico & Christiano addictam commissum, etiam voluntarium, a priscis germanis capite luebatur, quod abnegationem fidei involvat, Schwäb.

Landr. *cap. 349.* vel, ut vulgo comminiscuntur, quod sodomiæ speciem constituat.

XI. Verum cum delicta carnis fidem & cultum divinum non attingant, & Judæa non minus homo sit, ac Christiana, fustigatio ex observantia hodierna obtinet.

ART. CXX.

Straff des Ehebruchs.

So ein Ehemann einen andern / um des Ehebruchs willen / den er mit seinem Eheweib verbracht hat / Peinlich beklagt / und des überwindet / derselbig Ehebrecher samt der Ehebrecherin / sollen nach Sag unser Vorfahren und unser Kayserlichen Rechten gestrafft werden.

Item / daß es auch gleicher Weiß im Fall / so ein Eheweib ihren Mann / oder die Person / damit er Ehebruch vollnbracht hätte / gehalten werden soll.

AD ART. CXX.

Posit. I.

ADulterium Jure divino semper describitur: concubitus cum aliena uxore, *Levit. XX. XIIX.* & alibi passim.

I. Imo Christus etiam, præter regulas justi honestatis normam tradens, *uxorem alienam* ad hoc delictum requirit, *Matth. V. 28.*

III. Eodemque Jus Romanum pertinet, quo jus thori non uxori, sed soli marito competebat, *L. 6. §. 1. ff. & L. 18. C. ad. L. Jul. de adulteriis.*

IV. Sequioribus vero seculis etiam a Marito cum puella vel vidua adulterium committi, creditum est, eoque relata loca *1. Corinth. VII. 2. Matth. XIX. 9.*

V. Quam sententiam non solum constitutio Carolina *hoc articulo*, sed etiam universus orbis Christianus hodie sequitur, *conf. Const. Elect. Sax. 19. Part. 4.*

VI. Pœ-

VI. Pœna jure Mosaico capitis erat, *Levit. XX.* nempe non lege divina universali, sed particulari forensi, vid. prolixe *Magnif. Horn. Classe 15. Consil. 54. p. 1114. 1120.*

VII. Unde ea apud varias gentes, quin & pro temporum diversitate, varia atque diversa fuit.

VIII. Jure Romano ante legem Juliam in impudicas uxores a propinquis pro arbitrio animadversum fuit, eadem vero lege relegatio irrogata, quam vel Constantinus, vel Constantius Imperatores in capitalem commutarunt, quod luculenter exequitur Barnabas Brissonius *libro singulari ad L. Jul. de Adulteriis.* & summatim Lauterbach. *in Colleg. ff. ad. L. Jul. de adulter. th. 27.*

IX. Indeque capienda est conjectura de emendatione *L. 18. C. de transact.* cui incumbit Thomas. *ad Strauchii dissertationem Justinian. 26. th. 7. p. 391. seqq.*

X. Justinianus uxorem adulteram virgis cæsam, in monasterium detrudi jussit, & marito facultatem ipsam recipiendi reliquit, cujus loco hodie fustigatio cum relegatione irrogatur. *Nov. 134. c. 10. indeque depromta authentica, sed hodie. C. ad L. Jul. de adult.*

XI. Germani prisci non judicio publico, sed mariti animadversioni pœnam relinquebant, teste Tacito *de moribus Germanorum, cap. 19.* ubi verberationis ab ipso marito factæ meminit.

XII. Severiorem pœnam Saxoniæ tribuit Lipsius *in Not. ad d. l. Tacit.* ex Bonifacii archiepiscopi epistola ad quendam Anglorum Regem Ethelbalaum.

XIII. Sed & castratio masculorum, quoad mulieres vero narium & aurium abscissio, media Germanorum ætate usitata fuit, cujus vestigia plura Frid. Lindenbrogius in Glossario, Codici legum Germanicarum subjuncto, exhibet.

XIV. Seculo XIII. & seqq. capitis pœna Germanis placuit, tum Saxonibus, Landr. *Lib. 2. art. 13.* tum Alemannis. Landr. *c. 149. n. 27.*

XV.

XV. Ordinationem vero criminalem ita vulgo explicant, ut Juri Civili Romano conformis habeatur, atque adeo mariti concubitus cum soluta pro stupro vel fornicatione simplici habetur, uxor vero adultera fustigatur, quam sententiam praxis Germaniæ, ubi Leges Provinciales & Statuta deficiunt, servat.

XVI. In Saxonia capitis pœna in omnes conjugatos etiam cum solutis rem habentes, item in solutum cum uxore congredientem statuitur, puella vero cum marito se commiscens, fustigatur.

XVII. Contra Hamburgi maritus ob adulterium simplex, 50. ob duplicatum primum 100. thaleris mulctatur, ob duplicatum iteratum habitatio in urbe simul interdicitur, uxor adultera, nisi maritus eam in thorum recipiat, virgis cæsa relegatur. Jure Lubecensi pœna adhuc mitior est, *P. 4. tit. 6. art. 2. ubi Mevius in Comment.*

XVIII. Cæterum juris Saxonici severitas raro conspicitur, ob causas varias non solum heic, sed & alibi eam mitigantes.

XIX. Si conjux innocens nocenti delictum remiserit, quod tamen in adulterio duplicato non proficit.

XX. Remissio sub conditione, si relegatio evitari possit, pro pura habetur; sub conditione vero, ne nocens in thorum pristinum recipiatur, nullius momenti est.

XXI. Deinde remissio innocentis complicem adulterii non juvat.

XXII. Mors conjugis innocentis, sive is perfidiam conjugis compererit, sive non, pro remissione habetur, etiam si de non remittendo crimine protestatus sit.

XXIII. Quemadmodum vero rarissime innocentis tam contumax animus est, quin persvasionibus vel cognatorum suorum, conjugisve adulteri, vel, qvod sæpe fit, ipsius Judicis, moveatur, sed ad cædem conjugis adspiciendam, odiumque publicum inde resultans ferendum, satis obfirmetur, ita & aliæ pœnam mitigandi causæ non desunt.

XXIV.

XXIV. Scil. 2.) Si adulter tum temporis copiam conjugis non habuerit, (a) sive id culpa ipsius, sive fato evenerit; eamque in rem conjugis confessio sufficit.

XXV. 3.) Si alterius complicis confessio desit, ad confessionem nocentis extra torturam factam ultimum supplicium irrogari non potest.

XXVI. Equidem processus banni, si adversus complicem fugitivum peractus fuerit, confessioni æquipollet; verum magistratus rarissime oneri inquisitum per biennium vel diutius in carcere alendi & processum banni ceteroquin frustraneum suscipiendi adigitur, sed pœna extraordinaria plerumque dictitatur. Imo processu hoc peracto facile ad mitigationem propter diuturnitatem squalloris carceris collegia inclinant.

XXVII. 4.) Si adulter vicissim a Conjuge suo, antequam ipse lapsus sit, adulterium commissum esse, neque remissionem intercessisse, saltem præsumtive docere possit.

XXVIII. 5.) Solutam personam liberat, si doceat, conjugatam complicem jam ante cum aliis etiam luxuriose vixisse.

XXIX. Et in concursu plurium, quando, quis prior fuerit, ignoratur, omnes potius extra ordinem puniuntur.

XXX. 6.) Item si is personam, cum qua rem habuit, conjugatam esse ignoraverit, quod ejus juramento committitur.

XXXI. 7.) Si adulterium seminis immissione consummatum non sit.

XXXII. 8.) Si ipse solutus interim conjugem vel sponsam repererit; nam & hic matrimonio aliquid dandum est.

(a) Scil. sive abfuerit conjux, sive debitum conjugale præstare non potuerit. At quid, si præstare nolit? Si petenti denegaverit, idem dicendum; at si adulter concubitum conjugis non desideraverit, & conjux abstinuerit, pœna non mitigatur. v. g. si maritus suspicetur, conjugem cum alio rem habuisse, ab eaque abstineat, quo certior reddatur, an ea ab adultero imprægnata sit; uxor vero in hanc explorationem consentiat, neque concubitum urgeat, interea vero ab alio se comprimi patiatur.

XXXIII. Adulterium desponsatorum regulariter fustigatione coercetur, cui tamen pœnæ remissio partis innocentis multum detrahit, eamque in relegationem temporariam aut mitiorem convertit.

ART. CXXI.

Straff des Ubels/ das in Gestalt zweyfacher Ehe geschicht.

SO ein Ehemann ein ander Weib/ oder ein Eheweib ein andern Mann/ in Gestalt der heiligen Ehe/ bey Leben der ersten Ehegesellen nimmt/ welche Ubelthat dann auch ein Ehebruch/ und gröſſer dann dasselbig Laster ist: Und wiewohl die Käyserlichen Recht auf solche Ubelthat kein Straff am Leben setzen: So wollen wir doch/ welcher solches Lasters betrieglicher Weiß mit Wissen und Willen/ Uhrsach gibt und vollbringet/ daß die nicht weniger/ dann die Ehebrüchigen/ Peinlich gestrafft werden sollen.

AD ART. CXXI.

Posit. I.

BIgamia est crimen, quo quis conjuge superstite conjugem sibi ritibus consvetis & conjunctione carnis associat.

II. Hoc delictum atrocitate supergredi adulterium dicitur *hoc articulo*, ob violationem nempe sacramenti, quod matrimonio inesse, a sedi Romanæ adscriptis creditur.

III. Cæterum summa hujus textus obscuritas mentem Imperatoris ne conjecturis quidem sat firmis assequi patitur; quid enim sibi vult oppositio, quod jus commune Romanum nullam quidem capitis pœnam irroget, interim tamen in bigamos non minus, ac in adulteros, criminaliter animadverti debeat.

IV. An itaque morte hoc crimen expiari debet? affirmant Clasenius & plerique constitutionis Criminalis interpretes, idque per observantiam ita invaluit, ut ne quidem conjugis innocentis remissione pœnam mitigari, creditum sit.

V. Non

V. Non minus tamen probabilis mihi videtur interpretatio, quam ex parte jam pridem *sub præsid. Illustr. Thomasii* defendi *in ejusdem disp. Lipsi. 7. th. 56. sqq.* nempe licet prætextus contracti matrimonii, concubitum quasi legitimantis, atrocitati bigamiæ aliquid detrahere videatur, neque adeo ea adulterio æquiparari posse obtendatur; nihilominus istam adulterio æquiparandam, & calculo accurate subducto magis pro majori, quam minori crimine habendam esse; & quamvis capitis pœna eidem non irrogetur, corporis tamen afflictivam non minus, ac in Adulterio, obtinere, quo ipso pœna capitis, quoties ea jure communi obtinet, non excluditur.

VI. Consummatio vero in hoc delicto requiritur, *in verb.* und vollbringet/ nempe benedictio sacerdotalis & copula corporum, ubi tamen Jus Saxon. pœnam capitalem ad Sponsalia solo concubitu consummata extendit; at non secuto concubitu, licet hierologia intervenerit, pœnam arbitrariam statuit, *Const. 20. part. 4.* quam posteriorem sententiam universa protestantium territoria sequuntur.

VII. In eaque pœna capitali neque conjugis remissionem aliquid ad mitigationem afferre, hucusque creditum est, tam de jure communi, quam Saxonico.

VIII. Nempe in Saxonia peculiare hujus enunciati fundamentum se reperiisse putant interpretes *ex Const. 20. P. 4. verb.* unnachläßlich/ *vid. Carpz. ibid. def. 4.*

IX. Verum remissioni conjugis ad effectum mitigandi supplicii locum dare cœperunt Vitebergenses, sive hoc crimen in Saxonia, sive extra eam commissum sit, *vid. Wernher. Obs. Select. 133. & 189.*

X. Reliquæ pœnam hujus criminis mitigandi causæ plerumque cum iis, quæ adulterio opponuntur, coincidunt.

XI. Præscriptio vero bigamiæ quinquennio absolvitur, quod thema luculenter excussum est *in D. Thomas. Disp. Lipsi. 8. integr.*

XII. Ubi adhuc monendum, quod actio ad divortium a conjuge priore innocente coram judice ecclesiastico instituta præscriptionem criminalem non suspendat, neque impediat.

Art. CXXII.

Straff derjenigen/ so ihre Eheweiber/ oder Kinder/ durch böses Genieß willen/ williglich zu unkeuschen Wercken verkauffen.

So jemand sein Eheweib/ oder Kinder/ um einigerley Genieß willen/ wie der Nahmen hat/ williglich zu unehrlichen/ unkeuschen und schändlichen Wercken gebrauchen läst/ der ist Ehrloß/ und soll/ vermöge gemeiner Rechten/ gestrafft werden.

Art. CXXIII.

Straff der Verkuplung/ und helffen zum Ehebruch.

NAchdem zum dickermahl die unverständigen Weibsbilder/ und zuvor die unschuldigen Mägdlein/ die sonst unverleumdte ehrliche Personen sind/ durch etliche böse Menschen/ Mann und Weiber/ böser betrieglicher Weiß/ darmit ihn ihr Jungfräuliche oder Fräuliche Ehre entnommen/ zu sündlichen/ fleischlichen Wercken gezogen werden/ dieselben boßhafftigen Kupler und Kuplerin/ auch diejenigen/ so wissentlicher gefährlicher und boßhafftiger Weiß ihre Häuser darzu leyhen/ oder solches in ihren Häusern zu beschehen gestatten/ sollen nach Gelegenheit der Verhandlung und Rath der Rechtsverständigen/ es sey mit Verweisung des Lands/ Stellung in Pranger/ Abschneidung der Ohren/ oder Aushauung mit Ruthen/ oder anderm gestrafft werden.

Ad

Ad Art. CXXII. & CXXIII.

Posit. I.

HUjus criminis indolem & varias variarum Gentium pœnas diligentissime explicuit Dn. Ephraim Gerhardt, JCtus Jenens. *in Disp. de crimine lenocinii, mens. Mart. 1711. habita.*

II. Pœna juris communis *art. 122.* commemorata, vulgo capitis esse creditur, quod Jure Saxon. extra dubium est, *per const. Elect. 29. P. 4.*

III. Causas pœnam mitigantes enumerat Carpz. *Quæst. 71. n. 18. 36. seqq.* & Berlich. *part. 5. conclus. 40.*

ART. CXXIV.

Straff der Verrätherey.

WElcher mit boßhafftiger Verrätherey mißhandelt/ soll der Gewohnheit nach/ durch Viertheilung zum Todt gestrafft werden: Wäre es aber ein Weibsbild/ die soll man erträncken. Und wo solche Verrätherey grossen Schaden oder Aergerniß bringen möchte/ als die/ so ein Land/ Stadt/ seinen eigen Herrn/ Beth-genossen/ oder nahe gesipten Freund betreffe/ so mag die Straff durch Schleiffen/ oder Zangen-reissen/ gemehrt/ und also zu tödlicher Straff geführt werden.

Es möchte auch die Verrätherey also gestalt seyn/ man möcht einen solchen Mißthäter erstlich köpffen/ und darnach viertheilen/ das Richter und Urtheiler/ nach Gelegenheit der That/ ermessen und erkennen/ und wo sie zweiffeln/ Rath suchen sollen. Aber diejenigen/ durch welcher Verkundschafftung Richter oder Obrigkeit die Ubelthäter zu gebührender Straff bringen möchten/ das mag ohne Verwirckung einiger Straff geschehen.

AD ART. CXXIV.

Posit. I.

HUc referenda sunt, quæ supra *ad art. 42.* monuimus. *add. omnino* Schwäb. Landr. *cap. CXV. n. 7.*

II.) Hodierna exempla sunt, si quis concivem hosti, latronibus, piratis, quin etiam Principi extero, qui quidem hostis publicus non est, proditum tamen immerito persequitur, tradat, vel media eum apprehendendi ei suppeditet, quo etiam semper commemorandum exemplum Salvatoris a Juda proditi pertinet.

III. Huc etiam exploratores referuntur, qui si ab hoste ad nos accedant, nostra consilia scisciturí, atque deprehendantur, non tanquam proditores, sed tanquam hostes, male habentur; tum itaque demum pro proditoribus habendi sunt, si Principis sui consilia explorent, atque ad hostem referant.

IV. Hujus pœna apud Germanos priscos suspendium erat; *Tacit. de moribus Germ. c. 12.* deinde apud Saxones Crurifragium; Landr. *Lib. 2. art. 13.* postea vero increbescentibus forte factionibus & bellis intestinis eadem exasperata, & in discerptionem in quatuor partes, quadrigis in oras diversas actis, mutata est, cujus consvetudinis non modo *hoc art.* fit mentio, sed & B. Rhenanus testis est *rer. Germ. Lib. 3.*

V. Atrocissima ista pœna hodie fere ignota est, nisi forte in perduellione usurpetur, a quo tamen crimine Germanos connata erga Principes fides absolvit.

VI. Qui uxorem, Dominum, aliosve prodit, acerbiori pœnæ subjici jubetur, quod de casu, si proditus injuste perierit, intelligo; alias procul dubio pœna mitiganda est.

ART. CXXV.

Straff der Brenner.

Item/

ITem/ die boßhafftigen/ überwundenen Brenner/ sollen mit dem Feuer vom Leben zum Tod gericht werden.

Ad Art. CXXV.

Posit. 1.

INcendium culposum relegatione, & aliquando fustigatione punitur, maxime si quis rei illicitæ operam dederit, vel damnum resarcire non possit, de quo prolixe Berlich. *Part. 4. Concl. 25.*

II. Paterfam. tamen ob culpam uxoris, liberorum, famulorum, inquilinorum, ad damnum incendio datum reparandum non tenetur, ex veriori & æquiori sententia, quod in Saxonia certum est, *Decis. Elect. noviss. 79. ibique Philipp. obs. 2.* neque Patrisfam. culpa in dubio præsumenda est, si in ejus ædibus incendium exoriatur, *Decis. Elect. Sax. noviss. 80.*

III. Præmeditatum vero, subsecuto effectu, vivi comburio punitur, neque praxis inter incendiarios famosos, quos Mord-Brenner vocant, & simplices distingvit, adeoque genuinam inter útrosque differentiam, de qua Clasenium, Bullæum & Zirizium *ad h. art.* item Carpzovium *Quæst. Crim. 38.* valde sollicitos fuisse video, eruere supervacaneum est.

IV. Jure Saxonico prisco hæc distinctio diversam quoque pœnam constituebat: priori casu crurifragium, posteriori gladium, sed hodie in utraque Saxonia Electorali & Ducali pœna Constitutionis Criminalis in omni incendio doloso consummato irrogatur. *Vid. Const. Elect. Saxon. 17. part. 4.* Landr. *L. 2. art. 13.*

V. Putant quidem Interpretes, etiam conatum, consummationi proximum, simili pœnæ subjiciendum esse, sed lusus est in terminis: requirunt enim, ut ædes ardere cœperint; id vero consummatio est, licet flamma non omne, quod incendiarius perire voluit, absumserit, interim durius hac parte est jus Saxonicum. *Vid. Philipp. Obs. 1. ad decis. noviss. 79.*

VI. Mi-

VI. Mitius tamen puniuntur 1.) qui casam, vel tabernam, ab aliis ædibus longe remotam, incendunt, non vero, qui stabulum, horreum, & similia ædificia.

VII. 2.) Si incendiarius, etiam delicto, quantum in ipso est, consummato, pœniteat; flammam qua potest, extingvat, vel ad eam extingvendam homines convocet.

VIII. 3.) Ob simplicitatem vel causam aliam, præter nocendi intentionem, cujus singulare exemplum affert *Carpz. Quæst. 39. n. 10.*

IX. 4.) Si reus plenam pubertatem, quæ octodecim annorum est, nondum attigerit. *Add. Carpz. d. Quæst. 39.*

X. His tamen casibus, excepto primo, semper gladii pœna obtinet.

ART. CXXVI.
Straff der Räuber.

In jeder boßhafftiger/ überwundener Räuber/ soll nach Vermög unser Vorfahren/ und unser gemeiner Käyserlichen Rechten/ mit dem Schwerdt/ oder/ wie an jedem Orth in diesen Fällen mit guter Gewohnheit herkommen ist/ doch am Leben gestrafft werden.

AD ART. CXXVI.

Posit. I.

VUlgo heic differentia sedulo inculcatur inter grassatores sive robbarios, Räuber/ & latrones, Mörder/ atque hi vocantur, qui homines prædæ causa occidunt, illi, qui vivos spoliant.

II. Sed profecto pernicioſum hoc hominum genus ita distingvi nec potest, nec meretur, utrique enim societati humanæ renunciarunt, utrique hostes omnium in Republ. viventium se profitentur, nec robbarium fore credo, qui non occidere malit, quam spe prædæ excidere, aut facinore detecto in manus magistratus delabi.

III. Ipsa

III. Ipsa vero crimina, robbariæ, quod absque homicidio committitur, & latrocinii, quod cum cæde spoliatorum conjunctum est, differunt, *add. Const. Sax. 35. §. ult. P. IV.* Sächß. Lande. *Libr. 2. art. 13.* ubi distingvuntur, die einen Mann berauben/ a latronibus, von Mördern/ quæ etiam distinctio Juri Romano non fuit ignota, *l. 28. §. 10. ff. de pœn.*

IV. Utriusque pœna capitalis est, prioris tamen ubique mitior, quam posterioris: grassator enim gladio punitur, & in Saxonia cadaver ipsius rotæ superimponitur.

V. Neque cessat pœna ordinaria, licet 1.) grassator inermis homines spoliaverit, 2.) semel tantum crimen commiserit, 3.) rem vilissimi pretii eripuerit, 4.) nobilitate generis aliaque dignitate præfulgeat 5.) rem raptam domino suo restituat, 6.) ipse rem non rapuerit, sed raptoribus tantum opem præstiterit, 7.) non in via publica, sed in ædibus rapinam commiserit, dummodo vis major interceserit; neque enim Imperator *in hoc art.* distingvit. Juris qvoque Saxonici usus circa has ampliationes conspirat.

VI. Huc pertinet obsessio itineris, das Wegelagern oder vorwarten/ dummodo rapinæ, diffidationis, aut simili causa fiat: alias arbitrarie punitur. *vid. Const. Elect. Saxonica 13. P. 4.*

VII. Mitigatur pœna robbariæ 1.) si vis proprie dicta deficiat, 2.) si quis alterum in via publica ad ineundam permutationem cogat, secundum vulgatum: Tausch oder Wechsel ist kein Raub; 3.) si servus impulsu Domini rapinam commiserit, neque lucrum inde perceperit, 4.) si rapina tantum sit attentata, 5.) si quis eum, qui ipsum spoliavit, quin & aliquando alium ejus socium vicissim spoliet, 6.) Si quis in fame publica annonam rapuerit.

VIII. Ita Carpz. *Quæst. 91.* ubi tamen quoad secundam limitationem notandum videtur, vanum permutationis prætextum a pœna ordinaria ex ratione juris non excusare.

IX. Si enim res minima erepta ad ultimum supplicium sufficit, cur non etiam res melior pro viliori violenter permutata.

X. Deinde quoad quartam limitationem scrupulum injicit, quod obsessio itineris, quæ rapinæ causa fit, non nisi pro rapina attentata haberi possit, & tamen capite puniatur, minimum itaque hæc limitatio ad rapinas fortuitas, nec satis præmeditatas restringi meretur.

ART. CXXVII.

Straff derjenigen/ so Auffruhr des Volcks machen.

SO einer in einem Land/ Stadt/ Obrigkeit/ oder Gebieht/ gefährliche/ fürsetzliche und boßhafftige Auffruhren des gemeinen Volcks wider die Obrigkeit macht/ und das also auff ihm erfunden würde/ der soll nach Gröss und Gelegenheit seiner Mißhandlung/ je zu Zeiten mit Abschlagung seines Haupts/ gestrafft/ oder mit Ruthen gestrichen/ und aus dem Land/ Gegend/ Gericht/ Stadt/ Flecken oder Gebiet/ darinnen er die Auffruhren erweckt/ verweist werden: darinn Richter und Urtheiler gebührliches Raths/ damit niemands unrecht geschehe/ und solch bößliche Empörung verhüt/ pflegen sollen.

AD ART. CXXVII.

Posit. I.

TUmultus sive seditio a crimine læsæ Majestatis differt, quod hoc contra summum Principem Ejusve ministros, totam Provinciam administrantes; illud vero contra Magistratus subalternos committatur.

II. Pœna ejus arbitraria est, quæ aliquando ad ultimum supplicium extenditur, pro diversitate scil. causæ impulsivæ, præmeditationis, item an quis auctor, an adjutor criminis fuerit, denique

nique etiam pro ratione damni illati, & necessitate, gliscente hoc crimine reliquos ab eodem absterrendi.

ART. CXXVIII.

Straff derjenigen/ so Bößlich austreten.

NAchdem sich vielfältig begiebt / daß muthwillige Personen die Leut wider Recht und Billigkeit bedrohen/ entweichen und austreten/ und sich an End und zu solchen Leuten thun/ da muthwillige Beschädiger Enthalt/ Hülff/ Fürschub und Beystand finden / von denen die Leut je zu Zeiten wider Recht und Billigkeit mercklich beschädigt werden/ auch Fahr- und Beschädigung von denselben leichtfertigen Personen warten müssen/ die auch mehrmahls die Leut durch solche Drohe und Forcht/ wider Recht und Billigkeit dringen/ auch an Gleich und Recht sich nicht lassen begnügen/ derhalben solche für rechte Landzwinger gehalten werden sollen: Hierum/ wo dieselben an verdächtliche End/ als obstehet/ austretten/ die Leut bey ziemlichen Rechten und Billigkeit nicht bleiben lassen/ sondern mit bemeldtem Austreten/ von dem Rechten und Billigkeit zu bedrohen oder schrecken unterstehen/ dieselben/ wo sie in Gefängnüß kämen/ sollen mit dem Schwerdt als Landzwinger/ vom Leben zum Tod gericht werden/ unangesehen/ ob sie sonst nichts anders mit der That gehandelt hätten. Desgleichen soll es auch gehalten werden/ gegen denjenigen/ die sich sonst durch etliche Werck mit der That zu handeln unterstehen. Wo aber jemand aus Forcht eines Gewalts / und nicht der Meinung vom Rechten zu tringen/ an unverdächtliche End entwich/ der hat dadurch diese vorgemeldte Straff nicht verwürckt: und ob darinn einigerley Zweiffel einfiel / soll um weiter Unterrichtung/ an die Rechtsverständigen/ oder sonst wie hernach gemeldt wird/ gelangen.

ART. CXXIX.

Straff derjenigen/ so die Leut böß lich befehden.

WElcher jemand wider Recht und Billigkeit muthwillig befehdet/ den richtet man mit dem Schwerdt vom Leben zum Tod. Doch ob einer seiner Fehde halb von uns oder unsern Nachkommen am Reich/ Römischen Käysern oder Königen Erlaubnüß hät/ oder der/ den er also befehdet/ sein/ seiner gesipten/ Freundschafft oder Herrschafft/ oder der ihren Feind wär/ oder sonst zu solcher Fehde rechtmässig gedrungene Ursach hätt/ so soll er auf sein Ausführung derselben guten Ursachen/ Peinlich nicht gestrafft werden. In solchen Fällen und Zweiffeln/ soll bey den Rechtverständigen und an Enden und Orten/ wie zu End dieser unser Ordnung angezeigt/ Raths gebraucht werden.

Ad Art. CXXVIII. & CXXIX.

Posit. I.

HOs duos articulos ab invicem discernere difficillimum, & forte impossibile est, commentatoribus ad eosdem fere omnibus vel hæsitantibus, vel hallucinantibus.

II. Præsupposita hujus argumenti ex indole moribusque Germanorum *in disp. nostra de violatione securit. domest.* evoluta sunt, & §. 23. monitum, Constitutionibus Maximiliani & Caroli V. pacem publicam plene stabilitam esse, constituto videlicet judicio universali Cameræ Imperialis, quod controversias non privatorum solum, sed etiam Statuum secundum Juris & æqui ordinem dirimat.

III. Verum istas Sanctiones effectum optatum statim produxisse, genius Germanorum bellicosus, & sequentium annorum historia credere non sinit, vid. *Rec. Imp. de an. 1548. per tot. &*

1555.

1555. §. 14. & passim, eodemque anno reformata & amplificata ordinatio Judicii Cameræ Imperialis.

IV. Scil. **Austreter** sive **Landzwinger & Befehder** in eo conveniunt, quod utrumque genus vim prohibitam in corpore vel bonis comminetur; differunt vero, quod illi vim clanculariam & improvisam, hi vim apertam meditentur.

V. Unde consequitur, **daß die Landzwinger austreten/** i. e. in loca occulta vel ignota se conferant, quo tuto lateant, donec propositum exequantur: diffidatores vero, **die Befehder/** aperte bellum denunciant, nec castris vel domibus suis cedunt, verum easdem muniunt, obfirmant, præsidiisque & armis instruunt.

VI. Hodie tamen utrumque hoc crimen in Germania rarissimum est, & nuspiam fere auditur; neque enim sunt, qui receptum præstent, neque loca deserta & inculta amplius reperiuntur.

VII. Quin etiam limitationes *art. 129.* adjectæ per Rec. Imp. *de an. 1548. & 1555.* omnes sublatæ sunt, puta, si Imperator diffidationem permittat, si diffidatus inimicus fuerit diffidantis, ejus cognatorum, affinium, domini directi, vel territorialis, omniumque, qui hactenus enumeratis necessitudine aliqua conjuncti sunt, aut alia diffidandi legitima causa obtendatur.

VIII. Pœna vero minitatorum latitantium & diffidatorum eadem est, quemadmodum & ipsum crimen specie non differt, luculenter id ostendente Rec. Imp. *de an. 1555. §. 45. - 48.*

IX. His prænotatis facile carere possumus falsa observatione Carpzovii *Quæst. 37. n. 16. sqq.* ad diffidationem requirentis, ut integro populo vel universitati periculum inde vel damnum immineat; quod requisitum inepte exsculpitur ex *L. 24. ff. de Captiv. & postlimin. reversis.* item ex plurali numero *in Const. Imperii & provincialibus* usurpato, quemadmodum & sibi non satis constat Carpz. *d. l. n. 1. 15. & 20.*

X. Nihilominus eidem sententiæ succinit Clasenius, arguens:

quia ad diffidationem requiritur, ut pax publica inde lædatur, sequi, ut inde periculum in totam universitatem redundare debeat.

XI. Verum enim vero id inde non sequitur; pax enim publica in uno etiam homine lædi potest, si tanta vis adhibeatur, cui reprimendæ ordinaria defensionis media non sufficiunt.

XII. Nullus itaque dubito, minas in unius personam directas, si eas evomens deinde discedat vel latitet, ex rigore juris pœnam capitis mereri; aliud vero dicendum, si, qui minas sparsit, in domicilio subsistat, neque adeo metuendum sit, ne ipse eas exequatur.

XIII. Interim, si qvalisqvalis circumstantia ad mitigandam pœnam aliquid faciat, eam attendendam esse non inficior, quia hodie minæ non tantum, ac olim, metum incutiunt.

XIV. Cautionem vero de non offendendo a comminante exigi posse, & ubi is eam præstare non potest, ipsum carcere detinendum esse, certum est, qua de re *integro tractatu de cautione de non offendendo* egit Francisc. Herculan. *add. Carpz. d. Quæst. 37.*

Art. CXXX.

Folgen etliche böse Tödtung/ und von Straff derselbigen Thäter.

Und erstlich: Von Straff derer/ die mit Gifft/ oder Venen/ heimlich vergeben.

WEr jemand durch Gifft oder Venen/ an Leib oder Leben beschädigt/ ist es ein Mannsbild/ der soll einem fürgesatzten Mörder gleich/ mit dem Rad zum Tod gestrafft werden. Thät aber eine solche Missethat ein Weibsbild/ die soll man ertrincken/ oder in andere Wege nach Gelegenheit/ vom Leben zum Tod richten. Doch zu mehrer Forcht andern/ sollen solche boßhafftige mißthätige Personen/ vor der endlichen Todstraff/ geschleifft/ oder etlich Griff in ihre Leib mit glüenden Zangen gegeben werden/ viel oder wenig/ nach Ermessung

Ermessung der Person und Tödtung/ wie vom Mord deßhalb gesetzt ist.

Ad Art. CXXX.

Posit. 1.

JUre Civili Romano veneno aliquem interficientes, vel venenum hominis occidendi causa præparantes, Lege Cornelia de sicariis gladio puniebantur. *L. 1. ff. ad L. Cornel. de Sicar.*

II. Jure Saxonico communi, nec non Jure Alemannico, atque adeo Germanico universo, vivi comburebantur, Sächß. Landr. *Lib. 2. art. 13.* Schwäb. Landr. *Cap. 115. n. 12.* quod Jus Saxon. Elect. in iis, qui pascua veneno inficiunt, hodieque servat. *Const. 18. P. 4.*

III. Equidem cum Carpzovio *P. I. Quæst. 20.* sentire non possum, qui verba dicti *art. 13.* die mit Vergifftniß umgehen/ pro explicativis præcedentium, nempe pro Synonymo incantationis magicæ accipit.

IV. In eo tamen cum Carpzovio sentio, quod pœna crurifragii vel suffocationis in aquis, quæ in Carolina Constitut. hic exprimitur, post multas quidem Collegiorum Saxonicorum concertationes hodie recepta sit.

V. Cur vero sexus differentiam, cujus rationem Carolus Imperator habuit, hac in parte observari nolit Carpzovius, non perspicio; si enim de jure Saxon. Elect. in *Const. 3. P. 4.* pœna cullei in parricidio mediante veneno patrato sufficit, qvidni sufficeret in homicidio simplici, etiam venefico.

VI. Ceterum hoc crimen nefandum, quod nec præcipiti impetu, neque stimulis sangvinis, sed semper præmeditato deliberatoque proposito, animique malitia patratur, nullam qvidem pœnæ mitigationem mereri videtur, maxime cum has insidias superare fere impossibile sit.

VII. Plures tamen mitigandi causas collegit Carpzovius *Quæst. 21.* qvarum prima est, si non constet, mortem ex veneno secutam esse.

VIII.

VIII. 2.) Si non occidendi, sed vel amoris conciliandi, vel morbi depellendi animum propinans habuerit.

IX. 3.) Si quis veneno non hominem, sed bruta animalia necaverit, ubi Carpzovius gladii pœnæ locum tribuit.

X. 4.) Si mors hominis, quam veneficus intendebat, secuta non sit; vel quod venenum non satis efficax, vel quod ei in tempore remedia oppositа fuerint.

XI. Quemadmodum vero non in qvibusvis animalibus commissum veneficium, ultimo supplicio coercetur, e. g. si quis felem vel canem vicini hoc modo occiderit; sed assertio Carpzovii ad animalia, quibus vescimur, restringenda videtur; ita primæ & quartæ limitationi graviter obstant verba *art. præsent.* am Leib oder Leben/ quæ copulative accipienda esse, non satis persvadet Carpzovius.

XII. Ab idiomate enim latino ad Germanicum non recte arguitur, maxime cum locutio germanica, Leib und Leben/ altera multo frequentior sit.

XIII. Rectius ergo Zirizius paraphrasin hujus articuli ita effert: qui veneno aliquem interimit, aut corpus vitamque aliquo malo afficit &c. idemque sentiunt Gilhausen *in arbore criminali, cap. 2. tit. 14. n. 6.* Farinacius *Criminal. parte 5. Quæst. 122.*

XIV. Exasperatio pœnæ *in fine hujus articuli* commemorata locum habet, quando vel plures personæ, vel sangvine aliave necessitudine propius conjunctæ veneno perierunt.

ART. CXXXI.

Straff der Weiber/ so ihre Kinder tödten.

Welche Weiber ihre Kinder/ so das Leben/ oder Gliedmaß empfangen haben/ heimlicher- boßhafftiger- williger weis ertödten/ die werden gewöhnlich lebendig begraben/ und gepfälet. Aber

darinnen

darinnen Verzweifelung zu verhüten/ mögen dieselbigen Ubelthäterin/ in welchem Gericht die Bequemlichkeit des Wassers darzu vorhanden ist/ ertränckt werden. Wo aber solches Ubel offt geschehe/ wollen wir die gemeldten Gewonheit des vergrabens und pfälens/ um mehr Forcht willen/ solcher boßhafftigen Weiber auch zulassen/ oder aber daß vor dem ertrancken die Ubelthäterinn mit glüenden Zangen gerissen werde/ alles nach Rath der Rechtverständigen.

So aber ein Weibsbild/ als obsteht/ ein lebendig gliedmässig Kindlein/ das nachmahls todt erfunden/ heimlich gebohrn und verborgen hätt/ und so dieselbig erkündigte Mutter deßhalb bespracht würd/ Entschuldigungs-weiß fürgeben/ als dergleichen ie zu Zeiten an uns gelangt/ wie das Kindlein ohn ihr Schuld todt von ihr gebohrn seyn solt/ wolt sie dann solch ihr Unschuld durch redlich gut Uhrsachen und Umstände durch Kundschafft ausführen/ damit soll es gehalten und gehandelt werden/ wie am 74. Articul anfahend/ Item/ so ein Beklagter Kundschafft/ ꝛc. funden wird/ auch deßhalb zu weiter Suchung/ Anzeigung geschicht: Dann ohn obbestimpte gnugsame Beweisung ist der angeregten vermeinten Entschuldigung nicht zu glauben/ sonst möcht sich ein iede Thäterinn mit einem solchen gedichten Fürgeben ledigen. Doch so ein Weibsbild ein lebendig/ Gliedmässig Kindlein also heimlich trägt/ auch mit Willen allein/ und ohne Hülff anderer Weiber gebiehrt/ welche ohnhülffliche Geburth mit tödtlicher Verdächtlichkeit geschehen muß: So ist deshalb kein glaublichere Ursach/ dann daß dieselbige Mutter durch boßhafftigen Fürsatz vermeint/ mit Ertödtung des unschuldigen Kindleins/ daran sie vor/ in/ oder nach der Geburth schuldig wird/ ihre geübte Leichtfertigkeit verborgen zu halten. Darum/ wann ein solche Mörderinn auff gedachter ihrer angemaßten/ unbeweisten freventlichen Entschuldigung bestehen bleiben wolt/ so soll man sie auff obbemeldte gnugsame Anzeigung/ bestimts unchristlichen und unmenschlichen erfundenen Ubels und Mords halber/ mit Peinlicher ernstlicher Frag zu Bekäntniß der Warheit zwingen/ auch auff Bekäntnüß desselben Mordt zu endlicher Todstraff/ als obstehet/ urtheilen. Doch wo eins

solchen Weibs Schuld oder Unschuld halb gezweiffelt wird/ so sollen die Richter und Urtheiler/ mit Anzeigung aller Umstände/ bey den Rechtsverständigen oder sonst/ wie hernach gemeldt wird/ Raths pflegen.

Ad Art. CXXXI.

Posit. I.

COnsvetudo Germanorum fœminas infanticidas vivas palo per corpus transfixo sepeliendi hic restringitur, ne desperatio maleficas a Deo & salute æterna avertat.

II. Glisc ente tamen crimine, quod maxime hodie experimur, istud supplicium Imperator confirmat.

III. Eamque sæpe infanticidis irrogatam fuisse, Dœpler. *in Theatr. supplicior. Part. II. cap. 39. n. 20. & 21.* commemorat.

IV. Eadem pœna virginum Vestalium apud Romanos stuprum admittentium erat, ut vivæ sepelirentur; quod supplicium Romuli matrem etiam subiisse referunt.

V. Pali vero per corpus parricidæ jacentis transfixionem hodieque hic illic observari, exempla a Dœplero *dict. P. 2. c. 28.* allata ostendunt.

VI. Quamvis vero Wesemb. *ad ff. de parricidiis n. 5.* testetur, fœminas, ubi desunt flumina vel lacus, vivas apud Saxones defodi, hodie tamen & jam pridem in Saxonia hoc supplicium desiisse, & ubi aqua suffocationi sufficiens non reperitur, cruri fragium substitutum esse, *ex Const. Sax. 3. P. 4.* discimus.

VII. Scil. *in Art. præsente* pœna parricidii Juris Civilis in usum revocata est, ex *L. un. C. de his, qui parent. vel liberos occiderunt*, ubi ea satis pathetice describitur.

VIII. Ubi interpretes imprimis fatigat explicatio vocis *culei*, quem alii pro sacco, alii pro dolio habuerunt, de quo non nulla dixi *ad pos. 68. Inst. de publ. Jud. lit. m.* & comparari meretur Ant. Matthæi *de Crim. Lib. 48. tit. 6. c. 2.*

IX. Ul-

IX. Ultimam explicationem secuti sunt Hispani, qui referente Julio Claro, *Lib. 5. sentent. §. parricidium. n. 5.* parricidas utriusque sexus, prius tamen strangulatos, dolio inserunt, & in aquas projiciunt.

X. Sed hodie saccus linteus adhibetur, & in Saxonia gallus, canis, felis, & vipera, vel viva, vel picta in separatum sacculum conjecta, malefico adduntur, isque ita in amnem, lacum vel mare præcipitatur.

XI. Quandoque saccus cera, pice vel bitumine illinitur, maxime si atrocior malitia ex facto eluceſcat. Verum hoc rarissime accidit, & potius forcipes candentes, si quæ plura infanticidia commiserit, ex præscripto Imperatoris adhibentur.

XII. Extra Saxoniam quoque animalia ista non adhiberi, Hoppius, Brunnemann. & prope innumeri autores testantur, ea ratione moti, quod *in h. art.* animalium simul suffocandorum mentio non fiat.

XIII. Ita & parricida, priusquam culleo inseratur, olim virgis sangvineis per totum corpus cædebatur, quam pœnæ partem crucis aliisque ultimis suppliciis accessisse, historia passionis Salvatoris nostri docet; at hodie funestum istud supplicii exordium ubique ignotum est.

XIV. Ceterum quid de exceptione frequentissima, partum mortuum editum esse, habendum sit, ex parte supra *ad Art. 35. & seq.* diximus; reliqua *ex art. præsente* satis perspicuo addisci possunt.

Art. CXXXII.

Straff der Weiber/ so ihre Kinder/ umb daß sie der abkommen/ in Gefährligkeit von ihnen legen/ die also gefunden/ und ernehret werden.

SO ein Weib ihr Kind/ um daß sie des abkomme/ von ihr legt/ und das Kind wird gefunden und ernehret/ dieselbig Mutter soll/

wo sie des überwunden und betreten wird/ nach Gelegenheit der Sach und Rath der Verständigen gestrafft werden. Stürbe aber das Kind von solchem Hinlegen / so soll man die Mutter/ nach Gelegenheit des gefährlichen Hinlegens/ am Leib/ oder Leben straffen.

AD ART. CXXXII.

Posit. I.

JUs Romanum, si Inst. & Pandectas pervolvamus, de hoc crimine nihil disponit; ejus vero mentio fit cum *in tit. C. de infantibus expositis*, tum *in Nov. 153.* verum & ibi pœna commemoratur quidem, sed non determinatur, & imprimis quæstiones de patriæ potestatis jactura, & cui infans expositus addici debeat, determinantur.

II. Nempe serius in hoc delictum, quam in infanticidium animadverti cœpit, & potestas recens natos vendendi diutius, quam potestas occidendi duravit.

III. Licet enim occidendi facultas ex jure patriæ potestatis competens, etiam tempore latæ Legis Pompejæ de Parricidiis & postea aliquandiu superfuisse videatur; quod exemplis illustrat Enenckel *de privileg. Parentum & liberorum*, jus tamen recens natos vendendi multo diutius perstitisse, *ex L. 2. C. de patribus, qui liberos distraxerunt.* discimus.

IV. A venditione vero ad eam expositionem, quæ non animo necandi, v. g. in locum desertum, vel infantis nudi in glaciem &c. sed ad alliciendam publicam misericordiam fit, non improbabiliter argui puto, præeunte ex parte *L. 16. C. de Nuptiis.*

V. Quemadmodum vero vendendi, ita & exponendi licentia ad solum egestatis casum restringebatur.

VI. Postea in exponentes extra ordinem animadverti cœpit, & quando circumstantiæ animum interitum accelerandi indicant,

cant, Legem Corneliam vel Pompejam locum inveniſſe, non improbabiliter creditur. *conf. Ant. Matthæi de crim. lib. 47. tit. ult. cap. 2.* (a)

VII. Ubi dictum Auctorem *n. 2.* Judicio, quo alias pollet, fere deſtitutum deprehendo, quando contendit, mitius agendum cum puellis infantem ſtupro conceptum metu ignominiæ exponentibus, quoniam infamiæ metus etiam in viros conſtantes, tantoque magis in timidas puellas cadat.

VIII. Hodie pœna expoſitionis infantis eò animo, ut ab alio alatur, factæ, ſi infans nihilominus perierit, fuſtigatio eſt, ſi ſalvus ſuperſit, relegatio vel carcer.

IX. Sed ſi occidendi animo exponatur, & præter intentionem vivus ſervetur, fuſtigatio aut quandoque mitior, ſi vero perierit, capitale ſupplicium irrogatur.

X. Nempe extra Saxoniam gladius, in Saxonia jam olim ex recepta doctorum ſententia, culleus, *de quo Carpz. Quæſt. 10. n. 8. & 9. Berlich. P. 4. Concl. 7. n. 38. Coler. P. I. Dec. 158. n. 5.*

XI. Cui quidem opinioni non inhærerem, evidente ratione motus, quia mater immediate hoc caſu prolem non interemit, weil ſie nicht Hand an das Kind geleget/ niſi eam confirmaret *Dec. Elect. 78.*

XII. Si erui non poſſit, quis vel quænam expoſuerit, onus alendi ad Magiſtratum, ſuperiori jurisdictione pollentem, pertinet.

XIII. Utrum vero partus expoſitus in dubio baptizari, item an pro legitimo magis, quam pro ſpurio haberi debeat, variis argumentis diſceptatur.

XIV. In praxi quoad baptismum affirmativa recepta eſt,

(a) Dum hæc ſcriberem, nondum perluſtraveram eximiæ eruditionis Commentarium Illuſtris JCti Gerardi Noodt, qui Julius Paulus, ſeu de partus expoſitione & nece apud Veteres inſcribitur, & altera vice Amſtelodami cIↃ IↃCCX. prodiit, omnino huc conferendus.

etiamsi schedula infantis involucris adjecta reperiatur, quæ eum baptizatum esse affirmat. *Stryk. ad Brunnemann. Jus Eccles. Lib. 2. c. 2. membr. 2. §. 7. pag. 309.*

XV. Quantum ad alteram Quæstionem: pro negativa laborat *Anton. Matth. d. l. n. 4.* arguens ab eo, quod plerumque fit; verum in causis, quæ existimationem civilem tollunt, hoc argumentum absque iniquitate non adhibetur, & prævalet proverbium: in dubio potius decem aliis existimationem adjiciendam, quam uni detrahendam esse; & quale detrimentum in Rempublicam redundare potest, si vel maxime infans expositus in tribum opificiariam, aut ob bene merita & dotes animi eximias ad honores civiles admittatur? durum vero fuerit, partum legitimum ob factum parentum illicitum ex consortio virorum honestorum eliminare. Plures rationes suppeditat Clasen. *ad h. art. in fin.*

ART. CXXXIII.

Straff derjenigen/ so schwangern Weibsbildern Kinder abtreiben.

So iemand einem Weibsbild durch Bezwang/ Essen oder Trincken/ ein lebendig Kind abtreibt: wer auch einen Mann oder Weib unfruchtbar macht/ so solch Ubel fürsetzlicher und boßhafftiger Weiß beschicht/ soll der Mann mit dem Schwerd/ als ein Todschläger/ und die Frau/ so sie es auch an ihr selbst thäte/ ertränckt/ oder sonst zum Tod gestrafft werden. So aber ein Kind/ das noch nicht lebendig wäre/ von einem Weibsbilde getrieben würde/ sollen die Urtheiler der Straff halber bey den Rechtsverständigen/ oder sonst/ wie zu End dieser Ordnung gemeldt / Raths pflegen.

Ad Art. CXXXIII.

Posit. I.

Hoc delictum diversimode consideratur, prout vel dolo committitur, vel culpa. II. Cul-

II. Culpa iterum variis modis: v. g. prægnanti magnum terrorem incutiendo, eam ad iram commovendo, vulnerando, percutiendo, picæ, qua laborat, resistendo, & similibus.

III. Huc etiam concubitum alias legitimum cum gravida refert Bullæus *ad h. art.* eumque extra ordinem puniendum esse censet.

IV. Quantum ad reliquos casus culpæ, pro ejus qualitate & gradu, pœnæ extraordinariæ, nunc grauiori, nunc leviori, locus est.

V. Dolo vero partum ex visceribus elidere, in se quidem apud Romanos impune erat, non obstante *L. 39. ff. de pœn.* dixi latius *in pos. ad ff. tit. de extraordinar. Crimin. p. 615. sqq.*

VI. Pœna cullei ab Imperatore hic sancita, rigida nimis visa fuit Sereniss. Legislatori Saxoni *P. 4. Const. 4.* qui gladium, in multis etiam aliis Germaniæ locis usitatum, substituit.

VII. Ante omnia vero constare debet, medicamentum, aliudve medium dolo malo adhibitum, tam efficax fuisse, ut abortum inde secutum esse, certo præsumi possit; extra hunc casum enim pœna mitior obtinet.

VIII. Pœna homicidii ad abortum semel extensa & argumento ab eo, qui hominem vivum & vegetum jam natum occidit, ad eum, qui spem prolis eripit, prolato, fieri vix potuit, quin etiam is, qui mares impotentes & fœminas steriles reddit, eoque futuram generationem & conceptionem impedit, eidem pœnæ subjiceretur, quod facit Jus Canon. *C. s. X. de homicidio.* differte eum, qui sterilitatis causam præbet, homicidæ æquiparans, item Carolus Imp. *h. Art. 133.*

IX. Id quod satis durum, & acerbius, quam par est, videtur neque suppetit Clasenio, quod iis, qui pœnæ extraordinariæ multis ex rationibus locum tribuunt, respondeat, quam: Imperatorem ita voluisse.

X. Non vero est, cur hic disceptemus, cum ob summam corporis delicti incertitudinem quæstio fere sterilis sit, nisi castratio

stratio excipiatur, in quam apud Romanos aliasque gentes semper animadversum fuit, sed fere nunquam ultimo supplicio; cujus rei historiam exequitur Simon *in Præsidio Academico Tom. I. Disp. 14. c. 2. th. 3. & c. 3. th. 2.*

XI. Ligamen vero, quod vocant, magicum pœnam incantationis veneficæ experitur, de qua suo loco dicitur.

ART. CXXXIV.

Straff/ so ein Artzt durch seine Artzney tödtet.

SO ein Artzt aus Unfleiß oder Unkunst/ und doch unfürsetzlich jemand mit seiner Artzney tödtet/ erfind sich dann durch die Gelehrten und Verständigen der Artzney/ daß er die Artzney leichtfertiglich und verwegentlich mißbraucht/ oder sich ungegründet/ unzuläßiger Artzney/ die ihm nicht geziemet hat/ unterstanden/ und damit einem zum Tod Ursach geben/ der soll nach Gestalt und Gelegenheit der Sachen/ und nach Rath der Verständigen gestrafft werden: Und in diesem Fall allermeist Achtung gehabt werden auff leichtfertige Leut/ die sich Artzney unterstehen/ und die mit keinem Grund gelernet haben: Hätt aber ein Artzt solche Tödtung williglich gethan/ so wäre er als ein fürsetzlicher Mörder zu straffen.

AD ART. CXXXIV.

Posit I.

MEdicus ex proæresi morte aliquem afficiens, ut veneficus punitur.

II. Culpa vero mortis causam præbens arbitraria pœna afficitur.

III. Quæ tanto magis exacerbanda est, si quis artem medicam, quam non didicit, profiteatur, & medicamentis alicui propinatis vel suppeditatis noceat.

IV. Vix

IV. Vix enim chirurgus, barbitonsor, balneator, opilio, carnifex, obstetrix, aut quæcunque ex vulgo vetula reperitur, qui nobilissimam hanc artem exercere non audeant, maximo civium & Reipublicæ detrimento.

V. Pharmacopolæ in præparandis ex præscripto Medici medicamentis debitam curam non adhibentes, vel absque medici præscitu medicamenta ex proprio arbitrio emtoribus offerentes, eidem pœnæ subjiciuntur.

Art. CXXXV.

Straff eigner Tödtung.

WEnn iemand beklagt/ und in Recht erfordert oder bracht würd/ von Sachen wegen/ so er der überwunden/ sein Leib/ oder Gut verwürcket hätte/ und auß Furcht solcher verschuldter Straff sich selbst ertödt/ deß Erben sollen in diesem Fall seines Guts nicht fähig oder empfänglich/ sondern solch Erb und Güter der Obrigkeit/ der die Peinlichen Straff/ Buß und Fälle zu stehen/ heimgefallen seyn. Wo sich aber ein Person ausserhalb obgemeldter offenbaren Ursachen/ auch in Fällen/ da er sein Leib allein verwürcket/ oder sonst aus Kranckheit des Leibs/ Melancholey/ Gebrechligkeit ihrer Sinn/ oder andergleichen Blödigkeiten sich selbst ertödtet/ derselben Erben sollen deshalben an ihrer Erbschafft nicht verhindert werden: und dawider kein alter Gebrauch/ Gewonheit oder Satzung statt haben/ sondern hiemit revocirt/ cassirt und abgethan seyn: und in diesem/ und andern dergleichen Fällen/ unser Käyserlich geschrieben Recht gehalten werden.

Ad Art. CXXXV.

Posit. I.

POst mortem pœnam, quæ dolorem aut molestiæ sensum inferat, infligi non posse, sana ratio dictitat.

II. Ea itaque in privatione famæ, maxime sepultura inhonesta, & in bonorum publicatione conspicitur.

III. Prior hodie usurpatur non sine variis solennibus, de quibus *posit. 5. - 12. ff. de Relig.* dixi, *add.* **Sächß. Landr.** *Lib. 2. art. 31. in addit. marginal. ad glossam germanicam*, ubi, qui manus violentas sibi ipsis intulerunt, rastro impositi cremari jubentur.

IV. Verum benigniores hodie solent esse Judices, si vel minima circumstantia suspicionem præbeat, propricidam aliqua saltem ex parte ad melancholiam inclinasse; quin id ipsum in dubio præsumitur, si mortui confessionarius de Sacris more consveto ab ipso peractis, & vita decente testetur, neque causa pateat frivola, quæ eum ad mortem sibi conscisendam impulerit.

V. Quo casu ceremoniæ in sepulturis honestis adhiberi solitæ per varios gradus temperantur, prout nimirum melancholia & malevoli propositi defectus magis vel minus eluceſcit.

VI. Circa bonorum publicationem nihil aliud *in h. art.* disponitur, quam quod *in L. 3. ff. de bon. eor. qui ante Sentent. mortem sibi consciverunt*, legimus.

VII. Nisi quod hic simul abrogentur omnes consvetudines & leges contrarium disponentes, quo in Germania pertinebat consvetudo, quod carnifici cedant omnia, quæ ipse eo in loco, quo propricidam sune alligatum solvit, aut ex loco, in quo occubuerat, tollit, gladii mucrone attingere potest.

VIII. Cæterum de moralitate Autochiriæ *in posit. Juris Divini* latius dixi, quo etiam hoc argumentum referendum est.

ART. CXXXVI.

So einer ein schädlich Thier hätt/ das iemand entleibet.

HAt einer ein Thier/ das sich dermassen erzeiget/ oder sonst der Art

Art und Eygenschafft ist/ dadurch zu besorgen ist/ daß es den Leuten an Leib oder Leben Schaden thun möcht/ soll der HErr desselben Thiers solch Thier von ihm thun: Denn wo solch Thier jemand Schaden thät oder entleibt/ soll der Herr des Thiers darum nach Gelegenheit und Gestalt der Sachen und Rath der Rechtsverständigen/ oder an Enden/ als hernach vermeldet/ gestrafft werden: und so viel desto mehr/ so er von dem Richter/ oder andern Obrigkeit/ des zuvor vermahnt oder gewarnet würde.

Ad Art. CXXXVI.

Posit. I.

Si quis feram bestiam, aut mansvetam quidem, sed talem, quæ ad lædendum vitio naturæ vel assvetudine prona est, v. g. bovem cornupetam, canem mordacem, eqvum calcitrosum alat, eam ejicere vel abalienare tenetur.

II. Alias si damnum inde alicui datum sit, vel homo perierit, dominus pœnæ arbitrariæ subjicitur, quæ tanto magis exasperatur, si ipse ea de re a Magistratu monitus animal retinuerit.

III. Hoc enim posteriori casu mortis etiam pœnam inferri posse, Zirizius *ad h. art.* existimat, motus rigore Legis divinæ, *Exod. XXI. 28. sqq.*

IV. Quod quidem certum esse puto, si dominus animal simul insligaverit, aut ex vinculis solverit; extra eum vero casum, nisi eximia accedat protervitas, vera manere videtur regula: neminem culpam capite luere.

Art. CXXXVII.

Straff der Mörder und Todschläger/ die kein gnugsam Entschuldigung haben mögen.

Ein jeder Mörder/ oder Todschläger/ wo er deshalb nicht rechtmäßig Entschuldigung ausführen kan/ hat das Leben verwürcket.

eket. Aber nach Gewohnheit etlicher Gegend werden die fürsetzlichen Mörder und Todschläger einander gleich mit dem Rad gericht/ darinnen soll Unterscheid gehalten werden: Und also/ daß der Gewohnheit nach ein fürsetzlicher muthwilliger Mörder mit dem Rade/ und ein ander/ der ein Todschlag aus Jähheit und Zorn gethan/ und sonst auch gemeldte Entschuldigung nicht hat/ mit dem Schwerdt vom Leben zum Tod gestrafft werden sollen. Und man mag in fürgesetztem Mord/ so der an hohen/ treflichen Personen/ des Thäters eigen Herrn/ zwischen Eheleuten/ oder nahen gesipten Freunden geschicht/ durch etliche Leibstraffen/ als mit Zangen-reissen oder Ausschleiffung/ vor der endlichen Tödtung/ um grosser Furcht willen die Straff mehren.

AD ART. CXXXVII.

Posit. I.

HOmicidium voluntarium pœna mortis vindicandum, nec dispensationi ex lege divina positiva universali locum esse, per duo circiter secula creditum fuit.

II. Secus vero olim visum fuit gentibus plerisque Celticis: Gallis, omnium nationum Germanis, Sarmatis, Slavis, Hungaris, & populis septentrionalibus, qui homicidia ex compromisso facta omnino non; reliqua mulcta aliisque modis coërcebant, prout vestigia Legum antiquarum a Baluzio, Lindenbrogio aliisque collectarum docent.

III. Paulatim vero animis summorum imperantium sanctio Legis divinæ *Gen. IX. 6. & Num. XXXV. 31. & 33.* ita impressa fuit, maxime a verbi divini DD. ut vix fuerit Princeps, qui aggratiationi locum dederit.

IV. Mirum vero, qui factum fuerit, ut Clerus semper exemtionem ab hac lege usurpaverit, adeo, ut statuta Lipsiensis Academiæ, quæ hodie singulis semestribus præleguntur, studiosis ob

sis ob homicidium capitalem pœnam non irrogaverint, quamvis ista dispositio jam pridem cessaverit.

V. Nostra demum ætate his conscientiæ scrupulis orbem Christianum eximere nonnulli conati sunt: Hannekenius, Henichius, Thomasius, aliique, de quorum argumentis in explicatione juris divini dicendum est.

VI. Et quis neget, omni ætate Principes suffragantibus JCtis dispensasse? quando in homicidia, extra casum absolutæ vulnerum lethalitatis, capitali pœna non animadverterunt, nec hodie animadvertunt.

VII. Quæ res mira profecto fuerit, si indispensabilis homicidas vicissim occidendi necessitas ex lege divina statuatur; robustior enim graviora vulnera perferre potest, quam debilior, & quando quis occiditur, quæri non debet, an omnibus aliis, etiam robustissimis ex ejusmodi vulnere pereundum fuerit, sed an huic ipsi, licet debiliori. Nemo enim negabit, debiliorem perinde hominem esse, ac robustiorem.

VIII. Cur itaque non præsumitur, mortem ex vulnere secutam esse, quando haud multo post sequitur, & de alia ejus causa non constat, maxime si homicida animum occidendi habuerit.

IX. Et quid responderi poterit, si dicamus: hodie non adeo voluntatem occidendi puniri, quam casum.

X. Scil. praxis fori Christiani hodierna hæc est, homicidium iræ impetu patratum, si vulnus simpliciter lethale fuerit, gladio punitur, sed ein fürsetzl. mutwilliger Mord crurifragii aut aliam acerbiorem pœnam meretur.

XI. Quid vero est ein fürsetzlicher Mord? est primo homicidium insidiosum, quo incautus & inscius opprimitur.

XII. Si vero vis aperta interveniat, requiri videtur, ut factum sit lucri causa; scil. vel spoliandi cadaveris, vel defuncti sponsa, aut uxore, aut hæreditate, quam sperat, potiundi.

XIII. Quid vero, si inermis fugiens, aut intercluſa via deprecans & vitam ſupplex exorans obtenta offenſione occidatur? ſimplicis homicidii pœnam infligi, non una vice experientia docuit.

XIV. Idemque obſervatur, ſi plures armati junctis viribus unum, licet armis æque inſtructum, pluribus tamen reſiſtere omnino imparem, opprimant.

XV. Cæterum pœnam homicidii vel latrocinii, ſi perſona egregia, Dominus, conjux, aut cognatus propinquior occidatur, aliquo modo exaſperari, & delinquentem vel forcipibus candentibus prehendi, vel trahæ alligatum ad locum ſupplicii rapi, *ſub finem hujus art.* monetur.

XVI. Huc etiam referri meretur, ſi occidens in cadaver jam mortuum ſæviat; ſi verbi divini Miniſter, dum ſacra facit, occidatur; ſi quis fœminam imprægnatam, ne ſtuprum manifeſtetur, aut delicti miniſtros vel complices, ne per eos veritas criminis innoteſcat, interficiat. *add. Carpz. in Pract. Crim. Quæſt. 25.*

ART. CXXXVIII.

Von unlaugbahrn Todſchlägen/ die aus ſolcher Urſachen geſchehen/ ſo Entſchuldigung der Straff auf ihnen tragen.

ES geſchehen je zu Zeiten Entleibung/ und werden doch diejenigen/ ſo ſolche Entleibung thun/ aus guten Urſachen/ als etlich allein von Peinlicher und Bürgerlichen Straff entſchuldiget. Und damit ſich aber Richter und Urtheiler an den Peinlichen Gerichten/ die der Recht nicht gelernet haben/ in ſolchen Fällen deſto rechtmäſſiger zu halten wiſſen/ und durch Unwiſſenheit die Leut nicht beſchweren/ oder verkürtzen: So iſt von gemeldten entſchuldigten Entleibungen geſchrieben und geſetzt/ wie hernach folget.

Art. CXXXIX.

Erstlich/ von rechter Nothwehr/ wie die entschuldige.

WElcher eine rechte Nothwehr zu Rettung seines Leibs und Lebens thut/ und denjenigen/ der ihn also benöthiget/ in solcher Nothwehr entleibt/ der ist darum nichts schuldig.

ART. CXL.

Was ein rechte Nothwehr ist.

SO einer jemand mit einem tödlichen Waffen oder Wehr überläufft/ anficht/ oder schlägt/ und der benöthigt kan füglich ohn Fährligkeit oder Verletzung seines Leibs/ Lebens/ Ehr und guten Leumuths nicht entweichen/ der mag sein Leib und Leben/ ohne alle Straff/ durch ein rechte Gegenwehr retten: Und so er also den Benöthiger entleibt/ ist er darum nichts schuldig/ ist auch mit seiner Gegenwehr/ bis er geschlagen wird/ zu warten nicht schuldig: unangesehen/ ob es den geschriebenen Rechten und Gewohnheiten entgegen wäre.

Art. CXLI.

Daß die Nothwehr bewiesen werden soll.

WElcher sich aber nach Erfindung der That einer gethaner Nothwehr berühmet oder gebrauchen will/ und der Ankläger der nicht geständig ist/ so legt das Recht dem Thäter auf/ solche berühmte Nothwehr obgemeldter massen zu Recht gnug zu beweisen: beweist er die nicht/ er wird schuldig gehalten.

ART. CXLII.

Wann/ und wie in Sachen der Nothwehr/ die Weisung auf den Ankläger kommt.

SO der Ankläger der ersten tödtlichen Anfechtung oder Benöthigung/

thigung/ darauf/ als obstehet/ die Nothwehr gegründet/ bekänntlich ist/ oder beständig nicht verläugnen kan/ und dagegen sagt/ daß der Todschläger darum keine rechte entschuldigte Nothwehr gethan haben soll/ wann der Entleibt hätt fürgewändter bekäntlicher Anfechtung oder Benöthigung rechtmässige Ursach gehabt/ als geschehen möchte/ so einer einen unkeuscher Werck halben/ bey seinem Ehelichen Weib/ Tochter/ oder an andern bösen sträflichen Ubelthaten fünde/ und darum gegen demselben Ubelthäter tödlich Handlung/ Zwang/ oder Gefängnüß/ wie die Recht zulassen/ fürnehme: oder dem Entleibten hätte gebühret/ den verklagten Todschläger/ von Amtswegen/ zu fangen/ und die Nothdurfft erfordert/ ihn mit Waffen solcher Gefängnüß halben/ zu bedrohen/ zwingen und nöthigen/ daß er also in Recht zulässiget Weiß gethan hatte: Oder/ so der Kläger in diesem Fall ein solche Meinung fürgebe/ daß der angezogene Todschläger darum kein rechte Nothwehr gethan hätte/ wann er des Entleibten/ als er ihn erschlagen hätte/ gantz mächtig/ und von der Benöthigung erledigt gewest: Oder meldet/ daß der Entleibte/ nach gethaner ersten Benöthigung gewichen/ dem der Todschläger aus freyem Willen und ungenöther Ding nachgefolgt/ und ihn allererst in der Nachfolge erschlagen hätte: Mehr/ so fürgewendt wird/ der Todschläger wäre dem Benöthigten wohl füglicher Weiß / und ohn Fährlichkeit seines Lebens/ Ehren und guten Leumuths halben entwichen/ darum die Entleibung durch den verklagten Todschläger nicht aus einer rechten entschuldigten Nothwehr/ sondern böslich geschehen wäre/ und darum Peinlich gestrafft werden solte/ ꝛc. Solch obgemeldte und andere dergleichen Fürgeben soll der Ankläger/ wo er des geniessen will/ gegen Erfindung/ daß der Todschläger durch den Entleibten erstlich/ als vorstehet/ benöthiget worden ist/ beweisen: und so er eine derselben obgemeldten/ oder andere dergleichen rechtmässige Verursachung gegen der ersten unlaugbahr Anfechtung oder Benöthigung gnugsam beweist/ so kan sich solcher Todtschläger keiner rechten oder gäntzlichen entschuldigten Nothwehr behelffen: unangesehen/ ob ausgeführet oder gestanden wird/ daß ihn der Entleibt

leibt (als vor von der Nothwehr geschrieben stehet) erstlich mit einer tödlichen Wehr angefochten und benöthiget hat. So aber der Kläger der ersten erfundenen Benöthigung halb/ kein solch rechtmässige Verursachung bewiese/ sondern der verklagte Todtschläger seiner berühmten Nothwehr halb ausfündig machet/ daß er von dem Entleibten mit einer tödtlichen Wehr/ als vor von rechter Nothwehr gesetzt ist/ erstlich angefochten worden wer: So ist die Nothwehr durch den verklagten Todtschläger ausgeführt/ und soll doch gemeldte Kundschafft beydertheil mit einander zugelassen/ und bestellet werden: Nemlich/ ist hierinn zu mercken/ so einer der ersten Benöthigung halb/ redliche Ursach zur Nothwehr gehabt/ und doch in der That nicht alle Umstände/ die zu einer gantzen entschuldigten Nothwehr gehören/ gehalten hätte/ ist noth gar eben zu ermessen/ wie viel oder wenig der Thäter zur That Ursach gehabt habe/ und daß fürter die Straff an Leib/ Leben/ oder aber zur Buß und Besserung erkannt werde: alles nach sonderlicher Rathgebung der Rechtsverständigen/ als hernach gemeldet wird: Dann diese Fäll gar subtile Unterscheid haben/ darnach hierinn anderst und anderst/ schwerlicher/ oder linder geurtheilet werden soll/ welche Unterscheid dem gemeinen Mann verständlich nicht zu erklären sind.

ART. CXLIII.

Von Entleibung/ das niemands anders gesehen hat/ und eine Nothwehr fürgewendet würde.

So einer iemand entleibt/ das niemand gesehen hat/ und will sich seiner Nothwehr gebrauchen/ die ihm die Kläger nicht gestehen: in solchen Fällen ist anzusehen/ der gut und böse Stand ieder Person/ die statt/ da der Todtschlag geschehen ist/ was auch ein ieder für Wunden und Wehr gehabt/ und wie sich jeder Theil in dergleichen Fällen/ vor und nach der That/ gehalten habe/ welcher Theil auch aus vorgehenden Geschichten mehr Glaubens/ Ursach/ Bewegung/ Vortheils oder Nutz haben möge/ den andern an dem Orth/ als die

That geschehen ist/ zu erschlagen oder zu benöthigen. Daraus kan ein guter verständiger Richter ermessen/ ob der fürgewendten Nothwehr zu glauben sey: und wo die Vermuthung der Nothwehr/ wider die bekenntlichen That statt haben soll/ so muß dieselbige Vermuthung gar gut starck beständige Ursach haben: Aber der Thäter möchte wider den Entleibten/ so viel böser/ und sein selb halb/ so viel guter starcker Vermuthung darbringen/ ihm wegen der Nothwehr zu glauben: Solche Ursach alle zu erklären/ kan durch diese Ordnung nicht wohl gründlich/ und iederman verständlich beschehen. Aber nemlich ist zu mercken/ daß in diesem Fall/ aller obgemeldten Vermuthung halb/ die Beweisung dem Thäter auffgelegt werden soll: Doch unabgeschnitten dem Kläger die Weisung/ die er darwider fürbringen wolte: Und wo dieser Fall vorgemeldter massen/ redlich Zweiffel hat/ so ist Noth in der Urtheil der Verständigen Rath/ mit Fürlegung aller Umständen/ stattlich zu gebrauchen. Wann sich dieser Fall/ mit gar viel Zweiffels und Unterscheid/ für/ und wider die berühmten Nothwehr/ begeben mag/ die vor der Geschicht nicht alle zu bedencken/ oder zu setzen.

Art. CXLIV.

Von berühmter Nothwehr/ gegen einem Weibsbild.

Ob einer ein Weib erschlüge/ und sich einer Nothwehr berühmet/ in einem solchen Fall ist auszuführen/ und anzusehen die Gelegenheit des Weibs und Manns/ auch ihrer beyder gehabter Wehr und That/ und darinnen nach Rath der Rechtsverständigen/ wie hernach stehet/ zu urtheilen. Denn wiewohl nicht leichtlich ein Weib einen Mann zu einer entschuldigten Nothwehr uhrsachen mag/ so wäre doch müglich/ daß ein grausam Weib einen weichen Mann zu einer Nothwehr dringen möchte/ und sonderlich/ so sie so förgliche/ und erschlechtere Wehr hätte.

Art.

Art. CXLV.

So einer in rechter Nothwehr einen Unschuldigen wider seinen des Thäters Willen entleibt.

So einer in einer rechten bewiesen Nothwehr/ wider seinen Willen/ einen Unschuldigen mit Stichen/ Streichen/ Würffen/ oder Schiessen/ so er den Nöthiger meinet/ treffe/ und entleibt hätte/ der ist von Peinlicher Straff entschuldiget.

Ad Art. CXXXVIII. -- CXLV.

Posit. I.

IN moderamine inculpatæ tutelæ constitutus aggressorem occidens, ab omni pœna criminali & civili absolvi debet.

II. Quid sit moderamen inculpatæ tutelæ, *pos. 7. Inst. de L. Aquil.* & distinctius *pos. 33. sqq. Jur. Divin. cap. 12.* dixi, cum quibus fere conspirant, quæ hic habentur *Art. 140.*

III. Ibi tamen partim excessum reperire mihi videor, partim defectum: quippe bonorum defensio omittitur; contra honoris & existimationis, Ehr und guten Leumuths/ inseritur, forte ex consuetudine & opinione illorum temporum, quibus ad provocationem, verbis timiditatem exprobrantibus factam, non comparere, sed latitare, vel fugere, maxime infame habebatur.

IV. Unde adhuc Carpzovii ætate, licet tum temporis jam valde mitigatis & excultis animis, si provocans, etiam qui provocato non amplius insistebat, sed recedebat, periisset, provocatus non capite, sed extra ordinem puniebatur; quæ tamen omnia abolita sunt.

V. Primum ictum expectandum non esse, recte monetur, utcunque forte leges vel consuetudines id requirant. *dict. art. 140. in fin.*

VI. Deinde qui neceſſitatem defenſionis obtendit, eam probare tenetur. *art. 141.*

VII. Contra, ſi accuſator violentiam & lethiferam defuncti aggreſſionem fateatur, eam vero legibus permiſſam, vel aggreſſorem jam exarmatum aut in fugam converſum fuiſſe, adeoque moderamini inculpatæ tutelæ locum tribui non potuiſſe, aut homicidam iſtud exceſſiſſe, excipiat, ea exceptio ab accuſante probanda eſt, cujus permulta exempla *Art. 142.* proferuntur.

VIII. His probatis occidentem non juvat, quod occiſus ipſum armata manu adortus ſit. In praxi tamen juvat, ſi juſta defenſionis cauſa ſubnixus ſaltem modum exceſſerit; animi enim perturbatio, conſilii expers, ad accuratam proportionatæ defenſionis perpenſionem dimicantes ineptos reddit, quod & ipſe Imperator *in fin. art. 142.* innuit.

IX. Si nullus teſtis facinori interfuerit, & moderamen obtendatur, habito diligenti examine circumſtantiarum utriusque perſonæ, loci, vulnerum, armorum, actuum antecedentium & conſequentium, emolumenti ex facinore reſultantis & ſimilium; ad judicis arbitrium pertinet, an torturæ, an purgatorio locus relinqui, an homicidæ ſimpliciter fides haberi debeat.

X. Iſtarum vero circumſtantiarum veritas ab actore probanda, vel in ſubſidium juramento corroboranda, aut in torturá ſuſtinenda eſt.

XI. Quin & vir contra fœminam moderamen inculpatæ tutelæ aliquando cum effectu allegare poteſt, dari enim viragines & heroinas, experientia quemlibet convincit, *Art. 144. add. omnino Legg. Longobard. Lib. I. Tit. XVII. l. 5.* nempe fœminæ Germanæ fortiores olim erant, nec ita delicatæ, ac hodiernæ. *vid. Tacit. de morib. German. cap. VII. VIII. XVIII.* unde & medio ævo fœminæ a jure duelli etiam adverſus mares non plane fuerunt exclu-

excluſæ. *vid. Conſultiſſ. Dn. Gerhardi Diſputatio de Judicio Duellico.* ubi Jcon fœminæ cum mare decertantis exhibetur.

XII. In terminis moderaminis inculpatæ tutelæ conſtitutus, ſi ictu, jactu, aut ſclopeti exploſione aberrante innocentem occiderit, a pœna criminali obſolvitur.

XIII. At qui, Titium injuſte aggreſſurus, Cajum ex errore occidit, ordinariæ pœnæ obnoxius eſt. *Carpz. Prax. Crim. Quæſt. 5. Conſt. Elect. Sax. 6. P. IV.*

Art. CXLVI.

Von ungefährlicher Entleibung/ die wider eines Thäters Willen geſchicht / auſſerhalb einer Nothwehr.

So einer ein ziemlich unverbothen Werck an einem Ende oder Ort/ da ſolche Werck zu üben ziemlich iſt/ thut/ und dardurch von ungeſchichten gantz ungefährlicher Weiß/ wider des Thäters Willen/ iemand entleibet/ derſelbige wird in viel Weg/ die nicht müglich zu benennen ſeyn/ entſchuldigt. Und damit dieſer Fall deſto leichter verſtanden/ ſetzen wir dieſe Gleichnüß: Ein Barbierer ſchieret einem den Bart in ſeiner Stuben/ als gewöhnlich zu ſcheren iſt/ und wird durch einen alſo geſtoſſen oder geworffen/ daß er dem/ ſo er ſchieret/ die Gurgel wider ſeinen Willen abſchneidet. Ein ander Gleichnüß: So ein Schütz in einer gewöhnlichen Zielſtatt ſtehet/ oder ſitzet/ und zu dem gewöhnlichen Platz ſcheuſt/ und es laufft ihm einer unter den Schuß/ oder ihm löſt ungefährlicher Weiß und wider ſeinen Willen ſein Büchs oder Armbroſt/ ehe/ und er recht anſchlegt/ und abkomt/ und ſcheuſt alſo iemand zu todt/ dieſe beyde ſeyn entſchüldiget. Unterſtünde ſich aber der Barbierer an der Gaſſen/ oder ſonſt an einer ungewöhnlichen ſtatt iemand zu ſcheren/ oder der Schütz an einer dergleichen ungewönlichen ſtatt/ da man ſich verſehen möchte/ daß Leut wanderten/ zu ſchieſſen/ oder hielte ſich der Schütz in der Zielſtatt unfürſichtiger weiß / und würde alſo von dem Barbierer / oder dem Schützen / als obſtehet/ iemand

entleibt/ der Thäter keiner wird gnug entschuldiget: Aber dennoch ist mehr Barmhertzigkeit bey solchen Entleibungen/ die ungefährlich aus Eilheit/ oder Unfürsichtigkeit/ doch wider des Thäters Willen geschehen/ zu haben/ denn was arglistig/ und mit Willen geschicht. Und wo solche Entleibung geschehen/ sollen die Urtheiler bey den Verständigen/ so es vor ihn zu schulden komt/ der Straff halb Raths pflegen.

Aus diesen obangezeigten Gleichnüssen/ mag in andern unbenannten Fällen ein Verständiger wohl mercken und erkennen/ was ein ungefährliche Entleibung ist/ und wie die Entschuldigung auf ihr trägt. Und nachdem diese Fälle offt zu schulden kommen/ und durch die Unverständigen darinnen etwa gar ungleich gericht wird/ ist die angezeigte kurtze Erklärung und Warnung derhalben auß guten Ursachen geschehen/ damit der gemeine Mann etwas Verstand der Rechten daraus nähme. Jedoch haben diese Fäll zu Zeiten gar subtile Unterscheid/ die dem gemeinen Mann/ so an den Peinlichen Gerichten sitzen/ verständig oder begreiflich nicht zu machen seyn. Hierum sollen die Urtheiler in diesen obgemeldten Fällen allen (wenn es zu schulden kommt) angezeigter Erklärung halb/ der vorgemeldten verständiger Leut Rath nicht verachten/ sondern gebrauchen.

ART. CXLVII.

So einer geschlagen wird/ und stirbt/ und man zweifelt/ ob er an der Wunden gestorben sey.

SO einer geschlagen wird/ und über etliche Zeit darnach stürbe/ also daß zweifelich wäre/ ob er der geklagten Streich halben gestorben wäre/ oder nicht/ in solchen Fällen mögen beyde Theil (wie von Weisung gesetzt ist) Kundschafft zur Sachen dienstlich stellen/ und sollen doch/ sonderlich die Wund-Aertzt/ der Sach verständig/ und andere Personen/ die da wissen/ wie sich der gestorben nach dem Schlagen und Rumor gehalten habe/ zu Zeugen gebraucht werden mit Anzeigung/ wie lang der gestorben nach den Streichen gelebt habe: und in solchen

Urthei-

Urtheilen die Urtheiler bey den Rechtsverständigen / und an Enden und Orten / wie zu End dieser unser Ordnung angezeigt / Raths pflegen.

ART. CXLVIII.

Straff derjenigen / so einander in Morden / Schlagen / und Rumorn / fürsetzlich / oder unfürsetzlich Beystand thun.

So etliche Personen mit fürgesetztem und vereinigten Willen und Muth / iemand bößlich zu ermorden / einander Hülff und Beystand thun / dieselben Thäter alle haben das Leben verwürckt. So aber etlich Person ungeschickts in einem Schlagen oder Gefecht bey einander weren / einander helffen / und iemand also ohn genugsam Uhrsach erschlagen wird: So man dann den rechten Thäter weiß / von deß Hand die Entleibung geschehen ist / der soll als ein Todtschläger mit dem Schwerdt zum Todt gestrafft werden. Wär aber der Entleibt durch mehr dann einen die man wißt gefährlicher Weiß tödlich geschlagen / geworffen und gewund worden / und man könt nicht beweißlich machen / von welcher sonderlichen Hand und That er gestorben wär / So seind dieselben / so die Verletzung / wie obsteht / gethan haben / alle als Todtschläger vorgemeldter massen zu dem Tod zu straffen. Aber der ander Beyständer / Helffer und Uhrsacher Straff halber / von welcher Hand obbestimmter massen der Entleibt nicht tödtlich verletzt worden ist / auch so einer in einer Auffruhr oder Schlagen entleibt würd / und man möcht keinen wissen / davon er (als vorstehet) verletzt worden wär / Sollen die Urtheiler bey den Rechtsverständigen und an Enden und Orten / wie hernach gemeldt wird / Raths pflegen / mit Eröffnung aller Umstände und Gelegenheit solcher Sachen / so viel sie erfahren könten: wann in solchen Fällen nach Ermessung mancherley Umstände / das nicht alles zu schreiben / unterschiedlich zu urtheilen ist.

ART.

ART. CXLIX.

Von Besichtigung eines Entleibten vor der Begräbniß.

UNd damit dann in obgemeldten Fällen / gebührlich Ermessung und Erkäntnüß solcher unterschiedlichen Verwundung halb / nach der Begräbnüß des Entleibten desto minder Mangel sey / soll der Richter / samt zweyen Schöffen / dem Gerichtschreiber / und einem / oder mehr Wund-Aertzten (so man die haben / und solches geschehen kan) die denn zuvor darzu beeydigt werden sollen / denselben todten Cörper vor der Begräbnüß mit Fleiß besichtigen / und all seine empfangene Wunden / Schläg / und Würff / wie iedes erfunden und ermessen würde / fleissig mercken und verzeichnen lassen.

ART. CL.

Hernach werden etliche Entleibung in gemein berührt / die auch Entschuldigung auf ihn tragen mögen / so darin ordentlicher Weiß gehandelt wird.

ES seyn sonst andere mehr Entleibung / die etwan aus unsträfflichen Uhrsachen beschehen / so dieselben Ursachen recht und ordentlich gebraucht werden / als da einer iemand um unkeuscher Werck willen / die er mit seinem Eheweib oder Tochter übet / erschlägt / wie vor in dem 121. Articul des Ehebruchs / anfahend / Item / so ein Ehemann einem andern / ꝛc. gesetzt ist.

Item / so einer zu Rettung eines andern Leib / Leben / oder Gut / iemand erschlägt: Item / so Leut tödten / die ihre Sinn nicht haben: Mehr / so einem iemand von Amtswegen zu fahen gebühret / der unziemlichen / freventlichen und sorglichen Widerstand thut / und derselbig Widersässig darob entleibt würde:

Item / so iemand einen bey nächtlicher Weil / gefährlicher Weiß in seinem Hauß findet / und erschlägt: oder / so einer ein Thier hat / das iemand tödtet / und dergleichen Boßheit darvor von dem Thier

nicht

nicht gesehen/ oder gehöret hat/ wie hievor im 136. Articul/ anfahend/ Item/ hat einer ein Thier/ ꝛc. darvon gesetzet ist: Die nächst obgemeldte Fälle alle haben gar viel Unterscheid/ wann die Entschuldigung oder keine Entschuldigung auff ihnen tragen/ das alles zu lang zu beschreiben und zu erklären wär/ und dem gemeinen Mann auch irrig und ärgerlich seyn möchte/ wo solches alles in dieser Ordnung solt begriffen werden: Hierumb/so dieser Sach einer für den Richter und Urtheiler kommt/ sollen sie bey den Rechtsverständigen/ und an Enden und Orten/ wie zu Ende dieser unser Ordnung angezeigt/ Raths gebrauchen/ und ihn nicht eigen unvernünfftige Regul oder Gewohnheit/ darinn zu sprechen/ machen/ die dem Rechten widerwärtig seyn/ als je zu Zeiten an den Peinlichen Gerichten bißher beschehen/ daß die Urtheiler die Unterscheid ieder Sach nicht hören und bewegen: das ist ein grosse Thorheit/ und folget darauß/ daß sie sich zu vielen malen irren/ thun den Leuten unrecht/ und werden an ihrem Blut schuldig: So geschicht auch viel/ daß Richter und Urtheiler die Missethäter begünstigen/ und ihre Handlung darauff richten/ wie sie ihnen das Recht zu gut verlängern/ und wissentliche Ubelthäter dardurch ledig machen wollen: vermeinen vielleicht etliche einfältige Leut/ sie thun wol daran/ daß sie denselben Leuten ihr Leben retten: Sie sollen wissen/ daß sie sich schwerlich damit verschulden/ und sind den Anklägern derhalben vor GOTT/ und Welt/ Widerkehrung schuldig: Wann ein jeder Richter und Urtheiler ist bey seinem Eyd und seiner Seelen Seligkeit schuldig/ nach seinem besten verstehen/ gleich und recht zu richten: und wo ein Sach über sein Verständnüß ist/ bey den Rechtsverständigen/ und an Enden und Orten/ wie hernach zu Ende dieser Ordnung gemeldet wird/ Raths pflegen: Wann zu grossen Sachen/ als zwischen dem gemeinen Nutz/ und der Menschen Blut zu richten/ grosser ernstlicher Fleiß gehöret/ und angekehret werden soll.

Ad Art. CXLVI.-- CL.

Posit. I.

QUi debito modo, loco, tempore, & circumspectione, quæ

pro ratione negotii sufficere judicatur, adhibita, casu aliquem occidit, ab omni pœna criminali & civili immunis est.

II. Ejus rei exempla ex jure Romano hic requirit Imperator, puta barbitonsoris ex *L. 11. ff. ad L. Aquil.* jaculatoris ex *l. 9. §. 4. eod.* quibus addi poterat exemplum putatoris ex *l. 31. ff. eod.*

III. Pater & maritus, adulterum in filia vel uxore deprehensum occidentes, a pœna excusantur. *Art. 150.* dixi in *posit. ff. tit. ad L. Jul. de adult. p. 656. & sqq.*

IV. Item qui aggressorem alterius insontis occidit, quem alio modo ab eo amoliri non poterat; moderamen enim inculpatæ tutelæ etiam ad aliorum defensionem extenditur *art. 150. Carpz. Pract. Crim. P. I. Quæst. 32. Covarruv. III. Part. Relect. §. un. Harpr. ad §. 5. Inst. de publ. Judic. n. 130.*

V. Item furiosus vel mente captus, cædem alicui inferens, quippe cujus nec proæresis, nec culpa est, atque adeo ipsi nihil imputari potest.

VI. Item si facinorosus ministris Justitiæ & apparitoribus, eum ad carcerem ducturis, violentiam opponat, eaque occasione interficiatur.

VII. Item si quis latronem aut furem noctu in ædibus suis repertum occidat.

IIX. Demum, si animal, quod alias nocere non solet, ex improviso aliquem perimat.

IX. Tribus tamen posterioribus casibus circumstantiæ probe ponderandæ, & an aliqua, item quanta pœna locum habeat, judicandum.

X. Ubi *Art. 150.* gravissime monet Imperator, ne judices pravæ consvetudini, æquitati cerebrinæ, aut intempestivæ misericordiæ locum relinquant; maximi enim momenti res est, inter utilitatem publicam & sangvinem humanum interpositum æquilibrium ita exquirere, ne alterutri justo plus minusve tribuamus.

XI. Circa homicidium culposum ita habendum est: qui in offi-

officio constitutus, debitam diligentiam non adhibet, eoque morti causam præbet, regulariter carcere vel relegatione temporaria pro vario culpæ gradu punitur.

XII. At qui temere & petulanter agit, etiam perpetuam, vel cum, vel sine fustigatione, relegationem meretur, quarum regularum diversitatem ipse Imperator indicat *Art. 146. verb.* aus Geilheit oder Unvorsichtigkeit.

XIII. Qui percussus aut vulneratus interjecto aliquo temporis spatio moritur, utrum ex vulnere obierit, nec ne, inde olim judicabatur, quamdiu post vulnerationem supervixerit, ubi alii tres, alii decem, alii tredecim, alii quadraginta dies determinant.

XIV. Sed & Medici, chirurgi, aliique, qui ægroti curam gesserant, de ejus regimine testes vocabantur, præscriptiones item medicamentorum exigebantur, quo inde conjectura capi posset.

XV. Verum iis omnibus hodie non indigemus, postquam sectio cadaveris, per medicum & chirurgum instituenda, omnibus ejusmodi argumentis remotis præponderat.

XVI. Ista cadaveris inspectio, præsente actuario & Scabinis fieri, & qualitas vulnerum ab eo consignari debere dicitur, quod tamen hodie necesse non est, postquam Medicus & Chirurgus scriptum de vulnerum qualitate attestatum ad acta exhibent. *Berger. Elect. Crim. cap. 2. membr 3. th. 5. pag. 94. seqq.*

XVII. Ubi tamen notandum, medici & chirurgi attestatum juramento ab utroque corroborandum esse, nisi hi fide jurata ad officium inspectionum constituti sint.

XIIX. Deinde Medicus sæpe epicrisin addit, an vulnus pro lethali habendum sit, cui tamen fides plena non habetur, sed reo urgente acta ad collegium medicum unum vel plura transmittuntur, quibus dissentientibus in partem mitiorem præsumendum & pronunciandum est, vid. quæ pluribus notavi & præjudiciis confirmavi *ad. pos. 5. & sq. ff. ad L. Cornel. de sicar.*

XIX. Plures ex conspiratione dolose aliquem occidentes omnes capite puniuntur, sine unus, sive plures percusserint, sive de cædis auctore constet, sive minus.

XX. Sed fortuito concursu, aut alia ex causa congregati, temere aliquem occidentes, si de auctore vulneris lethalis liqueat, is solus ultimo supplicio, reliqui extra ordinem puniuntur.

XXI. Si plures vulneraverint, & vulnera non singula, sed simul sumta, lethalia sint, omnes extra ordinem puniuntur.

XXII. Si plures lethaliter vulneraverint, & quodnam vulnus lethale primum fuerit, non constet, in omnes capite animadvertendum esse, disponitur.

XXIII. Verum hæc sententia multis iniqua visa fuit, quos Esbach *ad Carpz. P. 4. Const. 7. Def. 3.* allegat.

XXIV. Neque ratio deest, non enim tribus aut quatuor vulneribus per se lethalibus ad mortem inferendam opus fuit, sed unum sufficit.

XXV. Et primus vulnerans veram mortis causam tribuit, reliqui pro homicidis haberi non possunt, neque morali æstimatione plus peccarunt, quam si cadaveri jam exanimi vim fecerint.

XXVI. Cur itaque duos tresve innocentes simul trucidamus, ne nocens supplicium effugiat, & annon uni nocenti potius parcendum erat, ne plures innocentes pereant, maxime postquam hodie non intentio ad homicidium sufficit, sed effectus verus & inevitabilis requiritur.

XXVII. Si plane non constet, quis vulneraverit, nec alter præ altero indiciis ad torturam sufficientibus gravatus sit, omnes extra ordinem puniuntur.

XXIIX. Aurea vero Berlichii cautela, qua Carolum M. usum esse dicitur, ut judex omnes capite damnet, quo metu territi auctorem facinoris indicent, vel reus conscientiæ stimulis adductus facinus confiteatur, ad manum regiam magis, quam

ad

ad prudentiam judiciariam pertinet, non secus ac judicium Salomonis *I. Reg. III. 24. seqq.*

Art. CLI.

Wie die Ursachen / so zu Entschuldigung bekantlicher That fürgewendet / ausgeführt werden sollen.

So jemand einer That bekäntlich ist / und derhalben Ursachen angezeigt / die solche That von Peinlicher Straff entschuldigen möchten / als vor bey jeder geordneter Peinlicher Straff / wie und wann die entschuldigt wird / gesetzt ist / so soll der Richter den Thäter fragen / ob er solche seine fürgegebene Entschuldigung gnugsam beweisen könte: So er denn das durch sich förderlich zu thun urbietig ist / so sol er / was sie für Entschuldigung solcher That halb beweisen wolten / durch Rechtsverständige Leut / oder durch den Gerichtschreiber / in Gegenwärtigkeit des Richters / auffzeichnen lassen: So dann der Richter mit gehabtem Rath der Rechtsverständigen dieselben Weisungs-Articul dafür erkant / wo die bewiesen würden / daß dieselben angezeigten Ursachen / die beklagten und bekanten That von Peinlicher Straff entschuldigen: So soll der Thäter auff ihr Ansuchen mit solcher erbottenen Weisung / auch wes der Ankläger dienstlichs darwieder weisen wolte / zugelassen / auch durch dieselbe Oberkeit deshalb Kundschafft-verhörer und anders verordnet / gehandelt und gehalten werden / wie vor im 62. Articul / anfahend / Item / wo der Beklagt / ꝛc. und etlichen Articuln darnach / von Form und Maß der Weisung / gesetzt ist / samt etlichen hernachfolgenden Articuln / so es zu schulden kommt / angesehen / und darnach gehandelt. Wo gezweiffelt würde / soll Raths / wie hernach gemeldt wird / gepflegt werden.

Art. CLII.

So des Thäters gegebene Weisungs-Articul nicht beschliessen.

So aber die obgemeldten Weisung-Articuln durch den Richter mit gehabtem Rath der Verständigen dafür erkannt würden / ob gleich sol-

solche erbothene Weisung geschehen / daß die dannoch nicht dienstlich zu des Thäters Entschuldigung wär / so soll die Weisung nicht zugelassen / sondern aberkannt / und alsdann durch den Richter und Gericht / da der Thäter innen ist / mit förderlichem Rechten weiter gehandelt werden / wie sich gegen einen solchen bekäntlichen offenbahren Thäter gebührt.

ART. CLIII.

Uber wen die Atzung in obgemeldter Ausführung gehen soll.

WO aber einer iemand entleibet hätt / deßhalb in Gefängnüß käm / auch der Entleibung bekäntlich wär / und doch der vorgemeldten Ursachen eine oder mehr / die ihn solcher Entleibung halb / gar oder eines Theils entschuldigten / mit Kundschafft / wie darvon gesetzt ist / ausführen wolt: So sollen des Beklagten Freund dem Kläger zuforderst / vor dem Richter und vier Schöffen nach Ermessung derselben / nothdürfftiglich Caution / Sicherung und Bestand thun / ob sich solch fürgegebene Entschuldigung des Beklagten in der Ausführung mit Recht nicht erfünde / daß dann des Beklagten Freund die Atzung deß Beklagten / auch dem Kläger Kost und Schaden / nach Ermessung desselben Gerichts ausrichten wollen / darinn derselbige Kläger durch die unterstanden unersindlichen Ausführung der berühmten Entschuldigung bracht würde: Damit gedencken wir zu fürkommen / das der Kläger durch berührte unwahrhaffte und betrügliche Auszüg nicht zu Schaden bracht werde. Und sollen in diesem Fall der berührten Mässigung dieselben Schöffen und Urtheil-sprecher bey den Rechtsverständigen / und an Enden und Orten / wie hernach gemeldt wird / auch Raths pflegen.

Art. CLIV.

Von grosser Armuth / deß / der sich obgemeldter Massen defendiren wolte.

WEre aber der Beklagt so gantz arm / auch nicht Freunde hätte / die jetzt gemeldte Caution / Sicherung und Bestand zu thun vermöch-

möchten / und doch zweiffelich wäre / ob er seiner beschuldigten Entleibung halben redliche Entschuldigung hätte: Soll sich der Richter / nach gestalt der Sachen / mit allem Fleiß / so viel er kan / erkündigen / und der Obrigkeit solches alles schreiben und Bescheid deshalben erwarten / also daß solche Erkündigung in dem Fall Amtshalben / auff des Gerichts / oder desselben Oberkeit darlegen und Kosten beschehe.

ART. CLV.

So einer in der Mordacht wär / in Gefängnüß käm / und sein Unschuld ausführen wolt.

So einer in Gefängnüß käm / der darvor in die Mordacht erkannt wär / wie an etlichen Orten Gewohnheit / und in der Gefängnüß seine Entschuldigung / wie in den vorgemeldten Articuln von den Entschuldigungen gesetzt ist / auszuführen sich erböte / der soll / unangesehen daß er hievor in die Mordacht erkannt wäre / mit bestimmter Ausführung zugelassen werden.

Art. CLVI.

Von Ausführung beschuldigter Peinlicher Ubelthat / ehe der Beklagt in Gefängnüß kommt.

So sich einer / ehe er in die Gefängnüß kommt / eine Peinliche Ubelthat / mit Recht ausführen will / das soll er thun an ordentlichen Peinlichen Gerichten / wie in diesen Fällen jedes Orts Recht und Herkommen ist: und soll in diesen Ausführungen beyden Theilen rechtmäßige Verkündigung geschehen / auch beyder Theil nothdürfftig Fürbringen / Uhrkund und Kundschafft / wie sich in Recht gebühret / zugelassen / und nicht / wie in etlichen Orten Mißbrauch / abgeschnitten werden / und soll derselbig zum Rechten für ungerechter Gewalt und nicht weiter vergleyt werden.

Ad

AD ART. CLI. – CLVI.

Posit. I.

MOdus defensionis hodiernus ab eo, qui in articulis præsentibus describitur, in multis differt, postquam judiciorum apparatus & advocatorum frequentia incrementa sat ampla cœpit, & hi didicerunt, praxin criminalem auream esse, prout ex collatione horum articulorum cum Tobiæ Granzii *defensione inquisitorum*, & Seb. Guazzini *tractatu ad defensam Inquisitorum* qui Commentarii præ reliquis commendatione digni sunt, ad oculos patet.

II. Caroli ævo accusatus ipse factum confessus, excusationis momenta in medium proferre tenebatur, hodie vero expetitio defensionis, absque momentorum explicatione sufficit.

III. Imo reus sub finem articulorum inquisitionalium, ut vulgo fieri solet, quæsitus, num ipsi excusationis momenta suppetant, si respondeat, eorum nihil sibi in promtu esse, sed forte advocato, quem admitti cupiat; nihilominus defensio permittitur.

IV. Imo, quod amplius est, in pœnis capitalibus, aut decernenda tortura, licet nullum ex actis defensionis momentum erui possit, nihilominus defensio, licet inquisito non petente, ex officio decernitur.

V. Olim ipse inquisitus media probandi exponebat, quæ in articulos ab Actuario vel Scabino statim digerebantur, at hodie ipse inquisiti advocatus articulos defensionales, quoties testium examine ipsi opus videtur, concipit, neque judici semper ejusve commissario, sed & subinde Notario testium examen committit.

VI. Olim Judex ipse, adhibito Prudentum Consilio, de Articulis ante testium examen judicabat, an in thesi relevarent: ho-

hodie non nisi peracta defensione a JCtis cognitio desuper requiritur.

VII. Olim judex solus, vel ejus commissarius, hodie etiam Notarius, & quilibet judex alius, testes examinat, prout iterum heic disponitur.

IIX. Olim peracto examine prolixa innocentiæ deductio ignorabatur; hodie ea, licet nihil novi in facto propositum sit, admittitur.

IX. Ex qua deductione, quemadmodum habilitas Advocati imprimis cognosci potest, ita duplici modo peccari mihi subinde videtur.

X. I) Quod stylo florido & undique conquisitis ornamentis oratoriis atque argumentis affectus potius moventibus, quam intellectum convincentibus defensores utantur.

XI. II) Quod nimis occupentur in allegatione Legum & interpretum, rationem vero æquitatis, & momenta leges ampliandi vel restringendi, aut omnino negligant, aut ea, quæ ad interpretationem judicialem, cum iis, quæ ad obtinendam Principis aggratiationem pertinent, confundant.

XII. Olim a proximis cognatis accusati cautio exigebatur de alimentis & expensis judicii, deque damno accusanti refundendis, si defensionem frivole & absque effectu peractam fuisse apparuerit.

XIII. Hodie alimenta, die Atzung / & sumtus in defensionem, accusato incumbunt, licet is vel maxime ab omni pœna liberetur, quemadmodum & alias semper alimenta a reo præstanda sunt, nisi ipse capitis pœna afficiatur.

XIV. Deinde hodie cognati proximi alimenta ex propriis bonis incarcerato præstare non coguntur, nisi ejus nomine aliquid possideant, aut ipsi quid debeant.

XV. Quod si accusatus extrema egestate prematur, alimenta & sumtus defensionis ex fisco suppeditanda sunt.

XVI. Cæterum, olim differentia non exigua erat, an quis in facinore deprehensus esset, an peracto crimine effugerit, an vero sponte judici se exhibuerit & innocentiæ probationem promiserit; verum hæc differentia hodie parum attenditur.

XVII. De priori membro supra satis dictum est; secundo vero casu ad bannum proceditur, qui alius est de jure Communi Imperii Romano-Germanici, alius de jure particularium provinciarum, imprimis Saxoniæ.

XIIX. Iure Communi Imperii frequentissima banni causa est violata pax publica, neque ea sola tamen, nam & ob contumaciam in causis mere civilibus bannus usurpatur, quemadmodum ex Andreæ Gailii & Johannis Wilhelmi Datt *commentariis de pace publica* latius patet.

XIX. Banni ob pacem publicam violatam irrogati exempla reperiuntur in Mülleri Annalibus Saxonicis *ad An. 1566. & 1567. passim.* item in Fabri Staats-Cantzelley *Tom. XI. p. 611. - 638.*

XX. Ejus effectus est, tum cædes banniti impunis, unde proverbium: Vogelfrey machen / & formulæ, quas exhibui *in posit. ff. pag. 689. & sqq.*

XXI. Tum quod omnia bona banniti irrevocabiliter fisco cedant.

XXII. Bannus vero Saxonicus duplex est, simplex, & superior, ubi notandum, ad superiorem procedi antea non posse, etuam inferior declaratus fuerit, licet quis confessus & convictus jamque capitis damnatus aufugerit. vid. Dn. Wernh. *obs. select. Forens. 458.*

XXIII. Inferior ad ditionem, qua judicis inquirentis jurisdictio patet, restringitur: superior ad totum Principis territorium extenditur, quod iterum ex præjudiciis, *in posit. ff. p. 638.* exhibitis, constat.

XXIV. Neuter vero facultatem, bannitum impune occidendi, largitur. *Dec. Elect. Sax. Noviss. 77.*

XXV. Deinde bannus superior, licet bannitum pro confesso

fesso declaret, non tamen e vestigio eum morti addicit, sed indicium præstat ad torturam, neque facultatem defensionis judicialis ipsi præripit.

XXVI. Bona tamen banniti, in banno superiori irrevocabiliter fisco cedunt ob contumaciam diuturnam, licet postea innocentiam, quoad crimen imputatum, deduxerit, nisi etiam Impedimenta legitima probet.

XXVII. Bannus Saxonicus non obtinet, nisi in criminibus ultimo supplicio, sive manus amputatione coercendis, Sächß. Landr. *Lib. 1. art. 67.* Hodie in capitalibus tantum. *Coler. Decis. 108. n. 10.*

XXIIX. In causis civilibus vero contumax pro confesso habebatur, & pignora capiebantur. Sächß. Landr. *Lib. 1. art. 70.*

XXIX. Processum banni speciali commentario vernaculo satis luculenter descriplit Carpz. im Peinl. Sächß. Inquisitions-Process.

XXX. De modo vero banni dissolvendi nuperrime *in Epistola, Disputationi Viri Consultiss. Sam. Henr. Schulzii de Guaranda, adjecta,* dixi. *vid.* Sächß. Landr. *L. 2. art. 4. L. 3. art. 17.* quæque notavi *ad. pos. 9. ff. de Accus. lit. C.*

XXXI. Denique effectus banni dissoluti *in* Sächß. Landr. *L. 1. art. 68. in fin.* ita describitur: **Zeucht er sich aus der Verfestung oder Acht / und kommt ungefangen vor Gericht / er kommt zu seinen Rechten / als ob er nie verfestet gewesen wäre.**

ART. CLVII.

Von Diebstal: und zum Ersten / vom allerschlechtsten heimlichen Diebstal.

So einer erstlich gestohlen hat unter fünff Gülden werth / und der Dieb mit solchem Diebstal / ehe er damit in seine Gewahrsam komt / nicht beschryen / berüchtiget / oder betreten würde / auch zum Diebstahl nicht gestiegen / oder gebrochen hat / und der Diebstal unter fünff Gülden werth / ist ein heimlicher und geringer Diebstahl /

und wenn solcher Diebstal nachmahls erfahren wird/ und der Dieb mit oder ohne Diebstal einkommt/ so soll ihn der Richter darzu halten/ so es anderst der Dieb vermag/ dem beschädigten den Diebstal mit der Zweyfach zu bezahlen. Wo aber der Dieb kein solche Geldbuß vermag/ sol er mit dem Kercker/ darinn er etlich Zeitlang liegen soll/ gestrafft werden: und so der Dieb nicht mehr vermag/ oder zu wegen bringen kan/ so soll er doch zum wenigsten dem Beschädigten den Diebstal wieder geben/ oder noch einfach Werth bezahlen/ oder vergleichen/ und soll der Beschädigte mit derselben einfachen Vergleichung des Diebstals (aber mit der Ubermaß nicht/) der Obrigkeit Geldbuß vorgehen. Doch soll der Dieb im Auslassen seine Atzung/ so er in der Gefängnüß gemacht hat/ auch zu bezahlen schuldig seyn/ und den Bütteln/ ob er es hat/ ihren gewöhnlichen Gebühr für ihre Mühe und Fleiß entrichten/ und zu dem allen nach der besten Form und Enthaltung willen des gemeinen Friedens/ ewige Urphede thun.

Art. CLIIX.

Vom ersten öffentlichen Diebstal/ damit der Dieb beschryen wird/ ist schwerer.

SO aber der Dieb mit gemeldtem ersten Diebstal/ der unter fünff Gülden werth ist/ ehe/ und er an seine Gewahrsam komt/ betreten wird/ oder ein Geschrey oder Nacheil machte/ und doch zum Diebstahl nicht gebrochen oder gestiegen hat/ ist ein offener Diebstal/ und beschwert ihn die gemeldte Auffruhr und Berüchtigung der That also/ daß der Dieb in Pranger gestellt/ mit Ruthen ausgehauen/ und das Land verbotten/ und vor allen Dingen dem Beschädigten der Diebstal oder Werth dafür/ so es in des Diebs Vermögen ist/ wiederum werden: Und soll zu dem allem in der besten Form ewige Urphede thun. Wär aber der Dieb ein solche ansehnliche Person/ dabey sich Besserung zu verhoffen/ mag ihn der Richter (iedoch ohne der Obrigkeit Zulassen und Verwilligung nicht) Bürgerlich und also straffen/ daß er dem Beschädigten den Diebstal vierfältig bezahlen/ und sonst allent-

lenthalben gehalten werden soll / als oben im nechsten Articul / vom heimlichen Diebstal / gesetzt ist.

Art. CLIX.

Vom ersten gefährlichen Diebstahl / durch einsteigen oder brechen / ist noch schwerer.

So aber ein Dieb in vorgemeldtem Stehlen / jemands bey Tag oder Nacht / in seine Behausung oder Behaltung bricht / oder steiget / oder mit Waffen / damit er jemand / der ihm Widerstand thun wolte / verletzen möchte / zum stehlen eingehet / solches sey der Erste / oder mehr Diebstäl / auch der Diebstal groß oder klein / darob oder darnach berüchtiget oder betreten / so ist doch der Diebstal / darzu / als obstehet / gebrochen oder gestiegen wird / ein gefliessener gefährlicher Diebstal. So ist in dem Diebstal / der mit Waffen geschicht / eine Vergewaltigung und Verletzung zubesorgen. Darum in diesem Fall der Mann mit dem Strang / und das Weib mit dem Wasser / oder sonst nach Gelegenheit der Person / und Ermessung des Richters / in andere Weg / mit Ausstechung der Augen / oder Abhauung einer Hand / oder einer andern dergleichen schweren Leib straff gestrafft werden soll.

ART. CLX.

Vom ersten Diebstal / fünff Gülden werth oder darüber / und sonst ohn beschwerliche Umstände / soll man Raths pflegen.

So aber der erste Diebstal groß / und fünff Gülden oder darüber wehrt wäre / und der Umstände / so den Diebstal / wie oben davon gemeldt ist / beschweren / keiner darbey erfunden wird / aber dennoch angesehen die Grösse des Diebstals / so hat es mehrer Straff dann ein Diebstal der geringer ist. Und in solchen Fällen muß man ansehen den Werth des Diebstals / auch / ob der Dieb darob berüchtiget oder betreten sey. Mehr soll ermessen werden der Stand / und das Wesen der Person / so gestohlen hat / und wie schädlich dem Beschädigten der Diebstal

stal seyn mag / und die Straff darnach / an Leib oder Leben urtheilen. Und dieweil aber solche Ermessung in Rechtsverständiger Leut Vernunfft stehet / so wollen wir / daß in solchem ietztgemeldtem Fall / so offt sich der also begibt / die Richter und Urtheiler bey den Rechtsverständigen / und an Orten und Enden / wie hernach gemeldet wird / Raths pflegen / mit Entdeckung der berührten Umstände / und nach solchem erfundenen Rath ihr Urtheil geben. Wo aber der Dieb zu solchem Diebstal gestiegen / oder gebrochen / oder mit Waffen / als vor stehet / gestohlen hätte / so hätte er damit / wie obgemeldt / das Leben verwürcket.

ART. CLXI.

Vom andern Diebstal.

So jemand zum andernmahl / doch ausserhalb einsteigens oder brechens / als obstehet / gestohlen hätte / und sich solche beyde Diebstal auff gegründete Erfahrung der Warheit / als hiervor von solcher Erfahrung klärlich gesetzt ist / erfunden: Auch dieselbigen zween Diebstäl / nicht fünff Gülden / oder darüber wehrt seyn / so beschwert der erste Diebstal den andern: Darum mag derselbig Dieb in Pranger gestellt / und das Land verbotten / oder in demselben Zirck oder Ort / darinnen er verwürcket hat / ewiglich zu bleiben / verstrickt werden / nach Gefallen des Richters / auch nach der besten Form / ewige Urphede thun: und mag dem Dieb in diesem Fall nicht fürtragen / ob er mit dem Diebstal / als vor vom ersten Diebstal gemeldt ist / nicht beschryen oder betreten würde. Wo aber solche zween Diebstäl fünff Gülden / oder darüber treffen / so soll es mit Erfahrung aller Umstände / auch Gebrauchung der Rechtsverständigen / wie hernach geschrieben / auch / als im nechsten obern Articul stehet / gehalten werden.

ART. CLXII.

Vom Stehlen zum drittenmahl.

Wurd aber iemand betretten / der zum drittenmahl gestohlen hätte / und

und solcher dreyfächtiger Diebstal mit gutem Grund / als zuvor von Erfahrung der Warheit gesetzt ist / erfunden wird / das ist ein mehrer verleumbdter Dieb / und auch einem Vergewaltiger gleich geacht / und soll darum / nemlich der Mann mit dem Strang / und die Frau mit dem Wasser oder sonst in andere Weg / nach iedes Lands Gebrauch vom Leben zum Todt gestrafft werden.

Ad Art. CLVII -- CLXII.

Posit. I.

AD furta nunc accedimus, tetrum & nefandum criminum genus, quod tanto minus favoris meretur, quanto facilius fures ab ereptione rei, quam alienam esse sciunt, quippe nullo vehemente affectuum impetu adacti, se continere possunt, *add. nostr. Posit. Jur. divin. 72. cap. IV.*

II. Neque difficilis foret pœnæ hujus criminis explicatio, nisi jus Romanum cum Jure Germanico a Carolo V. compactum aliquam obscuritatem peperisset.

III. Nempe Jure Romano furtum erat contrectatio fraudulosa, non solum ipsius rei, verum etiam usus ejus possessionisve: puta, si commodatarius re commodata aliter, quam inter contrahentes convenit; si depositarius re deposita, creditor re oppignorata utatur; si dominus rem oppignoratam creditori, usufructuariam ei, cujus ususfructus est, commodatam aliamve ei, qui jure retentionis gaudet, etc. elanculum surripiat.

IV. Atque in manifestum & non manifestum dividitur, de qua divisione *in posit. Inst. tit. de privat. delict.* diximus, eaque non pœnam publicam, sed privatam, sive actionem furti distingvebat; quæ res vulgata & notissima est.

V. Pœna criminalis Lege XII. tabularum erat: fur noctu prehensus, aut interdiu cum telo se defendens, impune occidebatur, reliqui fures manifesti, iique liberi homines, verberandi, eique, cui furtum fecerant, addicendi erant. Servi, in furto manifesto pre-

prehensi, verberibus affecti, de saxo præcipites dabantur; Furtum non manifestum duplo luebatur. *Gell. Noct. Atticæ L. 2. cap. ult.*

VI. Postea a Lege decemvirali discessum, & fures extra ordinem accusari cœptum est, ad pœnam arbitrariam. *l. ult. ff. de privat. delict. l. 56. §. 1. & l. ult. ff. de furt.*

VII. Idque pœnæ arbitrium Justinianus restrinxit, ne pro furto sine armis aut violentia commisso mors inferatur, membrumve mutiletur. *Nov. 134. cap. ult.*

IIX. Unde recte colligitur, primariam furti pœnam privatam fuisse; publicam vero extra ordinem, nec nisi accedentibus circumstantiis scelus aggravantibus obtinuisse, quo pertinent fures nocturni & balnearii, sacccularii, directarii, effractores & expilatores, abigei, quique ex incendio, ruina, naufragio, rapiunt.

IX. Non ignoro, hæc displicere aliis, verba Legum distinguentia poscentibus, & nescio, quid non excogitantibus, ut omnia omnino furta, modica & majora, simplicia & qualificata pœnæ criminali subjiciant.

X. Sed infelices sunt, qui ratione ejurata, non secus ac servum pecus, verbis semper legum expressis regi volunt; cum ipsum *extraordinariæ* persecutionis vocabulum nomini delicti *privati* junctum, eos docere possit, non semper & ubique accusationem ob furtum admissam fuisse.

XI. Ne dicam, rem jam confectam esse ab Anton. Matthæi *Lib. 47. tit. 1. cap. 4. n. 3.* quod actio furti cum accusatione elective concurrat, atque adeo instituta actione accusationem cessare, necesse sit.

XII. Atque hæc jure Romano. Germani contra, sive ob criminis fœditatem, sive occasionis facilitatem, severius in furtum animadvertebant, idque sine discrimine publicis accensebant criminibus, vel ultimo supplicio, vel pœna corporis afflictiva expiandis.

XIII.

XIII. Ita jam in Legibus Longobardorum *tit. 25. l. 2. 3. 8.* & Wisigothorum *Lib. 7. tit. 2. l. 4. 5. 14.* novecuplum dictitatur cum fustigatione; deficiente vero componendi facultate vel mortis pœna, vel liberi in servitutem addictio, nisi furtum modicum fuerit.

XIV. Sed missis his legibus, vel extra provincias germanicas latis, vel pridem ante juris Romani receptionem valere jussis, videbimus, quid Jure Saxonum & Alemannorum, revera Germanicis, obtinuerit.

XV. Ita vero jus Saxon. *Lib. 2.* Landr. *Art. 13.* Den Dieb soll man hencken/ geschicht aber in einem Dorff des Tages eine Diebheit/ die minder denn drey Schilling werth ist/ die mag der Bauermeister wol richten desselben Tages / zu Haut und Haar / oder mit dreyen Schillingen zu lösen geben / es bleibt aber jener Ehrloß und Rechtloß. Ubi glossa Germanica zu Haut/ recte explicat: man schlage ihn zur Stauppen; male vero separat significatum zu Haar/ & ridicule ita exponit: man windet ihm die Haar mit einem Kluppen aus dem Haupt/ additque, Saxones olim comam prolixam aluisse, atque fures, ut facile dignosci potuerint, tonsos esse; hodie vero, postquam quilibet capillos præscindit, aurium abscisionem succesisse: Quæ confutat Jus provinc. Alemann. *cap. 148.*

XVI. Jus Provinciale Alemannicum *cap. 115. n. 1.* cum Saxonico conspirat, nisi quod loco trium Schillingorum utrobique *quinque* commemoret.

XVII. Inde infero; furtum jure German. esse crimen publicum, atque propterea furtum usus & possessionis eo jure cessare. *vid.* Sächß. Landr. *Lib. 3. art. 22.*

XIIX. Idemque jus secutus est, & suspendii pœnam furto quinque vel plurium solidorum imposuit Fridericus I. Imperator, *in textu 2. Feud. 27. §. ult.* quam denuo repetit Augustus Saxoniæ Elector Glorioss. memoriæ *in Const. 32. P. 4.* Eaque, sed limitata, ab Imp. Carolo V. denuo confirmata, *huic art. 159.* non solum in Im-

perio Romano-Germanico universo, sed & in aliis regnis pluribus constanter servatur. *Carpz. Pract. Crim. quæst. 77. n. 7. seqq.* atque ab imputata iniquitate vindicatur *ibid. n. 13. - 47.*

XIX. Quid vero solidi? Schillingos vocat jus Saxonicum & Svevicum *supra allegatis locis*, quales alias singuli sedecim nummos, sive grossum cum triente sechzehn Pfennige oder 2. Marien Groschen / conficere creduntur; ita emenda injustæ incarcerationis per singulos dies est 30. Schillingorum, i. e. zwey alte Schock / oder 40. Groschen.

XX. Imperator contra heic requirit Fünff Gülden / quorum quisque sedecim grossos hodie continet. Verum probabilius credunt Interpretes, eum significatum proprium heic secutum esse, aureosque denotasse.

XXI. Maxime, postquam ducati etiam aurei Hungarici vocantur, & Sereniss. Saxoniæ Elector *dict. Const. 32. P. 4.* ita interpretatus est: über fünff der besten Ungarischen Gülden werth. Addunt: Florenum, ab aureo Florentinæ Reipublicæ dictum, ante ducentos annos Ducatum valore exæquasse.

XXII. Non itaque per solidum intelligitur grossus aut similis moneta minuta, licet Imperatorem Fridericum eam intellexisse, *contextus 2. Feud. 27. §. 5.* doceat; communis enim sententia est, Fridericum de Furto qualificato locutum esse.

XXIII. Neque aureus Rhenanus intelligitur, cujus valorem nuper Augustissimus Rex & Elector noster ad summam unius thaleri 22. grossorum & sex obulorum nach dem Werth des Leipziger Fusses determinavit, *publicato peculiari rescripto d. 11. August. 1711.* eumque in modum jam pridem Summus provocationum Senatus anno 1702. in causa Facultatis Philosophicæ Lipsiensis, contra Senatum Dresdensem pronunciavit.

XXIV. Sed aureus Hungaricus optimus, cujus valor communis hodie habetur duorum thalerorum & sedecim grossorum.

XXV. Ubi nuper ex actis observavi, Scabinos Lips. ob furtum 13. Imperialium cum 15. grossis & dimidio in irroganda pœna

na capitali hæsitasse, weil der Ducaten zeithero öffters biß auff 18. Groschen l'agio gestiegen.

XXVI. Scilicet pretium affectionis, quod peregrinantes vel milites expeditioni accincti ducatis ponunt, cum pretio ordinario & legali confunditur.

XXVII. Hodierna itaque furti capitalis mensura est, ut excedat valorem XIII. thalerorum & octo grossorum monetæ usitatæ, nach dem Leipziger Fuß.

XXIIX. Carolus V. Imperator vero utrumque jus, Romanum & Germanicum combinavit, adhibitis variis distinctionibus: 1.) inter furtum manifestum, & non manifestum; 2.) primum & iteratum, 3.) quod est supra, & quod est infra quinque solidos, 4.) an persona vilis & levis, an vero honesta, de qua meliora sperare licet, furtum commiserit; 5.) inter furtum simplex, & qualificatum.

XXIX. Priores quatuor distinctiones partim ex antecedentibus patent, partim explicatione non egent.

XXX. Furtum vero qualificatum, ein geflissener gefährlicher Diebstahl/describitur: so ein Dieb iemandes bey Tage oder bey Nacht in seine Behausung oder Behaltung bricht/ oder steigt/ oder mit Waffen/damit er iemand/ der ihm Widerstand thun wolte/ verletzen möchte/ zum stehlen eingehet.

XXXI. Alterutrum itaque ex verbis Constitutionis sufficit; vel ascensio, vel effractio, vel arma.

XXXII. Verum praxis eadem conjunctim requirit: saltem solam ascensionem, solamve effractionem, qua vis in conclavibus vel cistis aperiendis adhibetur, ad ultimum supplicium haud sufficere, judicat, sed effractionem violentam & seditiosam, coadunatis hominibus & armata manu factam, quæ vis publicæ speciem habeat, & unde facile seditio oriri potuerit, intercessisse oportere contendit, *argum. verb. art. 159.* so ist eine Vergewaltigung und Verletzung zu besorgen. *Carpz. Q. 79.* Dissentit *Tabor. & Clasen. ad Art. 159.*

XXXIII. Jam regulas ex his articulis formabimus: I) furtum primum, ſimplex, parvum, nec manifeſtum, duplo actori ſolvendo, vel, ſi fur tantum in bonis non habeat, carcere arbitrario punitur, res furtiva tamen reſtituenda vel penſanda eſt. Cæterum pœnæ dupli præfertur mulcta Magiſtratui præſtanda. *art. 157.*

XXXIV. II.) Furtum ſimplex, primum, parvum, ſed manifeſtum, in honeſtioribus quadruplo, in vilioribus fuſtigatione perpetua, injuncta ſimul rei furtivæ, ejusve æſtimationis reſtitutione, coercetur. *art. 158.*

XXXV. III) Furtum primum, qualificatum, ſive parvum, ſive magnum, ſive manifeſtum, ſive non manifeſtum, in maſculis ſuſpendio, in fœminis culleo; aliquando etiam pro circumſtantiis oculorum confixione, manus amputatione, aliisque pœnis corporis afflictivis, fuſtigatione acerbioribus, punitur, *art. 159.*

XXXVI. IV) In furtum primum, ſimplex, ſed magnum, habita ratione delinquentis, objecti, loci, item an manifeſtum fuerit, nec ne, pro arbitrio ICtorum vel corporis afflictiva, vel ultimo ſupplicio animadvertitur, *art. 160.*

XXXVII. V) Furto ſecundo, ſimplici, &, facta prioris computatione, parvo, pœna arbitraria, collocationis ad numellas, relegationis perpetuæ, vel confinationis irrogatur. *art. 161.*

XXXIIX. VI) Furtum ſecundum, ſimplex, & addito priori magnum, etiam arbitraria, ſed ſeveriori pœna vindicatur, qua in re ad circumſtantias in furto primo magno obſervari juſſas arbitrium adſtringitur. *art. 161.*

XXXIX. Furtum tertium ultimo ſupplicio, nempe in maſculis ſuſpendio, in fœminis culleo, aliave pœna capitali, pro more cujusque loci punitur. *art. 162.*

ART.

ART. CLXIII.

Wo mehr dann einerley Beschwerung bey dem Diebstal gefunden wird.

WO bey einem Diebstal mehr dann einerley Beschwerung / so in den vorgesetzten Articuln unterschiedlich gemeldt seyn / erfunden würden / ist die Straff nach der meisten Beschwerung des Diebstals zu erkennen.

ART. CLXIV.

Von jungen Dieben.

SO der Dieb oder Diebin ihres Alters unter vierzehen Jahren wären / die sollen um Diebstal / ohne sondere Ursach / auch nicht vom Leben zum Todt gericht / sondern der obgemeldten Leibsstraff gemäß mit samt ewiger Urphede gestrafft werden. Wo aber der Dieb nahe bey vierzehn Jahren alt wäre / und der Diebstahl groß / oder obbestimmte beschwerliche Umstände so gefährlich darbey gefunden würden / also daß die Boßheit das Alter erfüllen möchte / so sollen Richter und Urtheiler deshalben auch (wie hernach gemeldt) Raths pflegen / wie ein solcher junger Dieb / an Gut / Leib oder Leben zu straffen sey.

Art. CLXV.

So einer etwas heimlich nimmt von Gütern / deren er ein nechster Erbe ist.

SO einer aus Leichtfertigkeit oder Unverstand / etwas heimlich nehme von Gütern / der er sonst ein nechster Erb ist oder so sich dergleichen zwischen Mann und Weib begebe / und ein Theil den andern derhalben anklagen würde / Sollen Richter und Urtheiler mit Entdeckung aller Umstände bey den Rechtsverständigen / und an Orten und Enden / wie zu Ende dieser unser Ordnung angezeigt / Raths pflegen / auch erfahren / was in solchen Fällen das gemein Recht sey / und sich darnach halten. Doch soll die Obrigkeit oder

Richter in diesen Fällen von Amtswegen nicht klagen/ noch straffen.

ART. CLXVI.

Stehlen in rechter Hungers-Noth.

SO jemand durch rechte Hungersnoth/ die er/ sein Weib oder Kinder leyden/ etwas von essenden Dingen zu stehlen geuhrsacht würde/ wo dann derselbe Diebstal dapffer/ groß und kündlich wäre/ sollen abermahls die Richter und Urtheiler/ als obstehet/ Raths pflegen. Ob aber derselbige Dieb einer unsträfflichen erlassen würde/ soll ihm doch der Kläger um die Klag deshalb gethan/ nichts schuldig seyn.

AD ART. CLXIII. -- CLXVI.

Posit. I.

QUalitates furtum aggravantes si plures concurrant, pœna secundum circumstantiam graviorem determinanda est, qua reliquæ qualitates absorbentur. *Art. 163.*

II. Idque & in aliis delictis observare convenit, ut pœna mitior non simul cum graviori infligatur, sed ab ea absorbeatur, v. g. carcer a fustigatione, hæc ab ultimo supplicio.

III. Impuberes, sive 14. annis minores (qui terminus in causis criminalibus etiam fœminarum pubertatem definit) ob furtum capitaliter non puniuntur, nisi enormis malitia ætatem suppleat. *Art. 164.*

IV. Sed & tum loco suspendii gladius potius statuendus est.

V. Minorennitas quoque contra pœnam capitalem sæpe opitulatur, eamque in fustigationem; quemadmodum &, si fustigationem fur minor commeritus sit, eam in castigationem in carcere, adjecta relegatione, convertit.

VI. Conjuges contra se invicem furti non agunt, sed rerum amotarum, a qua actione pœna & infamia exulant, *vid. Posit. nostr. ad tit. ff. rer. amotar.*

VII.

VII. Expilatio hereditatis a coherede facta non ultra relegationem punitur.

IIX. At si ab extraneo patretur, ultra fustigationem procedi non posse, quia hereditas jacens non sit res aliena, male asseritur, prout ostendi *in position. ad Pand. tit. expil. hered.*

IX. Furtum domesticum, si ex mente Marciani *in L. 11. §. 1. de pœn.* definiatur, hodie a reliquis furtis non differt, quin alicubi acerbius punitur, *dixi in posit. ad ff. de furt. pag. 599. ibique in not. lit. c.*

X. Sed a parentibus, liberis, cognatisve propioribus admissum, neque inquisitioni, neque accusationi ex officio instituendæ, neque pœnæ ordinariæ subjacet.

XI. Qui fame urgente edulia aufert, commiseratione dignus est, & aliquando, si aliunde victum quærere non potuerit, nec plus, quam ad evitandum mortis periculum necesse erat, eripuerit, dominumque rerum, furto suo in simile periculum non conjecerit, ab omni pœna liberatur, restituere vero æstimationem rerum ablatarum, ubi ad meliorem fortunam pervenerit, tenetur, dixi *posit. Jur. div. 74. - 94. c. 12.*

XII. Horum requisitorum aliquibus, vel omnibus deficientibus, pœna extraordinaria pro circumstantiarum diversitate irrogatur.

ART. CLXVII.

Von Früchten und Nutzen auff dem Felde / wie / und wem damit Diebstal gebraucht werde.

WEr bey nächtlicher Weil jemand seine Frücht / oder auff dem Felde seine Nutzung / wie das alles Nahmen hat / heimlicher und gefährlicher Weiß nimmt / und die hinweg trägt oder führet / das ist auch ein Diebstal / und wie andere Diebstäl vorgemeldter Maß zu straffen. Deßgleichen / wo einer bey Tag jemands an berührten seinen Früchten / die er heimlich nehme / und hinweg trüge / grossen mercklichen und gefährlichen Schaden thäte / ist auch / wie obstehet / für

für einen Diebstal zu straffen. Wo aber iemand bey Tag essende Frücht nähme/ und damit durch Wegtragen derselben nicht grossen gefährlichen Schaden thäte/ der ist nach Gelegenheit der Person/ und der Sach/ Bürgerlich zu straffen/ wie an demselbigen End/ da der Schade geschicht/ durch Gewohnheit oder Gesetz herkommen.

Art. CLXIIX.

Von Holtz stehlen/ oder verbottener Weiß abhauen.

So iemand sein gehauen Holtz dem andern heimlich hinweg führet/ das ist einem Diebstal gleich nach Gestalt der Sachen/ zu straffen. Welcher aber in eines andern Holtz häliger und verbottener Weiß hauet/ der soll gestrafft werden nach Gewohnheit iedes Lands oder Orts. Doch wo einer zu ungewöhnlicher oder verbottener Zeit/ als bey der Nacht/ oder Feyertagen/ einem andern sein Holtz gefährlicher und diebischer Weise abhauet/ der ist nach Rath härter zu straffen.

Art. CLXIX.

Straff derjenigen/ die Fisch stehlen.

Welcher aus Weyhern oder Behaltnüß Fisch stiellt/ ist auch ein Diebstal gleich zu straffen. So aber einer auß einem fliessenden = ungefangen Wasser Fisch fienge/ das einem andern zustünde/ der ist an seinem Leib/ oder Gut/ nach Gelegenheit oder Gestalt des Fischens/ der Person und Sachen/ nach Rath der Rechtsverständigen zu straffen.

Art. CLXX.

Straff derjenigen/ so mit vertraueter oder hinterlegter Haabe ungetreulich handeln.

Welcher mit eines andern Gütern/ die ihm in gutem Glauben zu behalten und zu verwahren gegeben seyn/ williger und gefährlicher Weiß dem Gläubiger zu Schaden handelt/ solche Missethat ist einem Diebstal gleich zu straffen.

Ad

Ad Art. CLXVII. - CLXX.

Posit. I.

FUrtum frugum, noctu commissum, indistincte, interdiu vero, nisi valde modicum sit, ad instar reliquorum furtorum punitur.

II. Modicum civiliter coërcetur, pro more cujusque loci.

III. Ubi Carpzovius 1.) distingvit, an quis, quod decerpsit, statim comedat, an auferat.

IV. 2.) Ad pœnam capitis, ob incertam frugum, herbarum, florum &c. æstimationem perveniri non posse; 3.) Emendam 30. solidorum *ex* Sächß. Landr. *Lib. 2. Art. 28.* hic locum non habere, observat *P. 2. Q. 83. n. 27. -- 37.*

V. Fur ligni cæsi, aut qui arbores Sylvestres furtim cædit, secundum cujusque provinciæ consvetudinem puniendus dicitur *Art. 168.* de quo latius dixi *in posit. ad ff. arb. furt. cæsar. vid. ibid. allegatos Schilterum et Illustr. Thomas.*

VI. Furtum piscium ex piscinis, reliquis furtis æquiparatur; ex fluminibus vero, vel rivis, mulcta, carcere, &c. prout judicantis religio suggerit, reprimitur. *art. 169.*

VII. In Saxonia furtum ex piscinis, olim triginta solidis expiabatur, hodie etiam reliquis furtis quoad pœnam exæquatur, *Const. Saxon. inedit. 8.*

VIII. At piscatio in fluminibus vel rivis, ubi jus piscandi cuivis ex populo competit, in Saxonia singulari pœna coercetur, extensione membrorum, quæ *tratto di corda*, vocatur, & pro numero furtorum repetitur, de qua pœna vid. *Jac. Dœpler, in Theatro Supplicior. P. 1. c. 40. per tot.*

IX. Depositarius, qui rem depositam intervertit, vel fraudulenter circa eam versatur, eandem cum fure pœnam expectare jubetur, *art. 170.*

X. Hanc sanctionem, ut ab iniquitate liberent interpretes, (non enim fraudulenter rem contrectasse dici potest, qui eam volente domino ex contractu accepit) limitant, ut capitale supplicium exemtum censeatur, nec gravior, quam fustigatio, irrogari possit. *Dixi in annot. ad pos. Jur. Div. 48. cap. XXXI. lit. b.*

XI. Huc referri possunt nautæ, aurigae, quibus pecunia, resve pretiosa alio transvehenda committitur.

XII. An et crimen de residuis? negat post Bachovium & Taborem Clasenius *ad art. 170.* sed hac occasione de eo agere nil prohiberet, nisi jam quædam notassem *in posit. ad ff. p. 675. in fin. add. Stryk. Us. Modern. ad tit. ff. de Leg. Jul. de Resid.*

ART. CLXXI.

Diebstahl heiliger und geweiheter Ding/ an ungeweiheten Stätten.

STehlen von geweiheten Dingen oder Stätten ist schwerer denn ander Diebstähle/ und geschicht in dreyerley Weiß: Zum ersten/ wann einer etwas Heiliges oder geweihetes stilt/ an geweiheten Stätten: Zum andern/ wann einer etwas Geweihetes an ungeweiheten Stätten stilt: Zum dritten/ wann einer ungeweihete Ding an geweiheten Stätten stilt.

ART. CLXXII.

Von Straff obgemeldtes Diebstahls.

SO einer ein Monstrantzen stilt/ da das heilig Sacrament des Altars in ist/ soll mit dem Feuer vom Leben zum Todt gestrafet werden. Stähle aber einer sonst gülden oder silbern geweihetes Gefäß/ mit oder ohne Heiligthum/ oder aber Kelch oder Patenen: um solch Diebstahl all/ sie seynd geschehen an geweiheten oder ungeweiheten Orten/ auch so einer um stehlens willen in eine geweihete Kirchen/ Sacramenthauß oder Sacristey bricht/ oder mit gefährlichen

Zeugen

Zeugen aufsperret/ diese Diebe seynd zum Tod nach Gelegenheit der Sach und Rath der Rechtsverständigen zu straffen.

ART. CLXXIII.

Straff derer/ so Allmusen stehlen.

ITem/ so einer Stöck/ darinn man das heilig Allmusen sammlet/ aufbricht/ sperret oder wie er arglistiglich daraus stilt/ oder solches mit etlichen Wercken zu thun unterstehet/ der ist auch an Leib oder Leben zu straffen/ nach Rath der Rechtsverständigen.

ART. CLXXIV.

Geringer geweyheter Dinge Diebstahl.

SO jemand bey Tag von geringen geweyheten Dingen/ ausserhalb der vorgemeldten tapffern Stück/ aus einer Kirchen stehle/ als Wachs/ Leuchter/ Altartücher/ darzu doch der Dieb nicht stiege/ breche/ oder mit gefährlichen Zeugen aufsperret/ oder so jemand weltliche Güter/ die in eine Kirch geflöhet wären/ stehle/ doch so der Dieb in die Kirchen oder Sacristey nicht bricht/ oder die gefährlich aufsperret: Um diese Diebstähl alle/ davon in diesem Articul gemeldt/ ist die Straff gegen den Dieb/ mit allen Umständen und Unterschieden fürzunehmen/ und zu halten/ wie hiebevor von weltlichen Diebstählen klärlich gesetzt ist: doch soll in solchen Kirchenräuben und Diebstählen weniger Barmhertzigkeit bewiesen werden/ dann in weltlichen Diebstälen.

ART. CLXXV.

In Diebstählen alle Umstände wohl zubetrachten.

ES sollen auch in Diebstähl/ so an geweyheten Dingen und Stätten begangen/ die Hungers-Noth/ auch Jugend/ und Thorheit der Personen/ wo der eines mit Grund angezeigt würde/ auch angesehen/ und wie von weltlichen Diebstählen deshalb gesetzt ist/ darinn gehandelt werden.

AD ART. CLXXI. -- CLXXV.

Posit. I.

SUccedit ultimo loco sacrilegium, quod jure Civili videtur fuisse ablatio rei sacræ ex loco sacro, *l. 5. & 9. pr. ad L. Jul. peculat.*

II. Jure canonico etiam est ablatio rei sacræ ex loco profano, vel rei profanæ ex loco sacro. *can. si quis. 20. verf. Sacrileg. Cauf. 17. Q. 4.*

III. Eandemque divisionem in tres species suam fecit Imperator *in Art. 171.*

IV. Pœna jure civili capitalis erat, quam tamen saltem extantius sacrilegii genus agnoscit.

V. Jure Canonico reliquæ etiam species regulariter capitis pœnæ subjacent.

VI. Jus Saxon. commune Landr. *Lib. 2. art. 13.* crurifragium dictitat, die Kirchen und Kirch-Höfe berauben/ die soll man radebrechen.

VII. Quæ sanctio, quantum ad Cœmeteria, hypothesi Pontificiæ suffragatur, penes quos Cœmeteria consecrantur, rebusque sacris annumerantur.

VIII. Unde est, quod violatio sepulchri in foris protestantium mitius puniatur. *dixi in posit. ad ff. de sepulchr. violat.*

IX. Quoad res sacras vero pœna crurifragii ad atrociorem sacrilegii speciem, si res sacra ex loco sacro surrepta sit, restringitur. *add. Carpz. Q. 89.*

X. Temperatius vero, quam expectari a secta sua poterat, Imperator Carolus V. decidit *art. 172. sqq.* quorum sententiam per aliquot regulas repraesentabimus.

XI. I.) Furtum capsulæ, cui panis Eucharisticus consecratus inest, vivi comburio punitur.

XII. Ratio inde requirenda, quod ex sententia Romanensium,

sium, panis Eucharisticus etiam extra usum Sacræ Cœnæ in Corpus Redemtoris nostri mutetur, seu transsubstantiari, dicatur. Quam ob rem dubitarunt, annon mus, qui corpus Christi comederat, adorandus sit. *Vide Summe Reverendi Dn. Jo. Güntheri, Theologi apud Lipsienses famigeratissimi, quem Deus Ecclesiæ suæ & mihi quam diutissime servet,* **Wiederlegung dreyer Papistischer Schrifften/** *Lit. K. 3. a.*

XIII. Gravissime vero judices rectius informati peccant, si durum ignis supplicium sub prætextu, quod ea pœna hodie in Germania juris communis sit, irrogare audeant.

XIV. Vasa sacra aurea argenteave cum reliquiis vel sine iis, item calices sacros, vel patinas furtim subtrahens, sive ex loco sacro, sive profano abstulerit, habita ratione circumstantiarum & consilio JCtorum, capitali supplicio perit.

XV. III.) Idem dicendum, si quis furti causa templa, sacella &c. consecrata effregerit, vel clave adulterina aliisve instrumentis aperuerit.

XVI. IV.) Furtum rerum sacrarum minoris pretii, v. g. **Altar-Tücher/ Leuchter/ Wachs-Lichter/** &c. sine ascensione vel effractione commissum, ad modum furtorum rerum secularium coercetur, nisi quod heic mitigatio pœnae difficilius impetretur.

XVII. V.) Eadem observanda circa furtum rerum secularium in loco sacro depositarum.

XVIII. VI.) In furtum Eleemosynarum pro ratione circumstantiarum, arbitrio JCtorum vel ultimo supplicio, vel pœna corporis afflictiva, animadvertitur.

XIX. VII.) Fames, mentis debilitas, ætas tenerior, & similia pœnam sacrilegii non minus, ac furti, mitigant.

ART. CLXXVI.

Von Straff/ oder Versorgung der Personen/ von den man aus erzeigten Ursachen/ Ubel und Missethat warten muß.

SO einer ein Urphede freventlich oder fürsetzlich verbrochen/ Sachen halben/ darum daß er das Leben nicht verwürckt hat: Item/ ob einer über vorgeübte/ nachgelassene/ und gerichte Missethat mit Worten oder Schrifften andern dergleichen Ubels zuthun/ doch sonst ohn weiter beschwerlich Umständen/ drohet/ und aber darmit nicht so viel gethan hätte/ daß ihm darum das Leben/ wie hernach im 178. Articul/ anfahend/ Item/ so sich jemand einer Missethat/ ꝛc. von unterstanden Missethaten geschrieben stehet/ genommen werden möchte/ und aus ietztgemeldten oder andern gnugsam Ursachen einer Person nicht zu vertrauen/ oder zu glauben wäre/ daß sie die Leut gewaltsamer thätlicher Beschädigung und Ubels vertrüg/ und bey Recht und Billigkeit bleiben ließ/ und sich solches zu recht gnug erfünde/ und dann dieselbige Person deßhalben kein nothdürfftig Caution/ Gewißheit/ oder Sicherheit machen könte: solchen künfftigen unrechtlichen Schaden und Ubel fürzukommen/ soll dieselbig unglaubhafftige boßhafftige Person im Gefängnüß/ als lang/ biß die nach Erkäntnüß desselben Gerichts gnugsame Caution/ Sicherung und Bestand für solche unrechtliche thätliche Handlung thut/ durch die Schöffen rechtlich erkannt werden: jedoch soll solche Straff nicht leichtfertiglich oder ohn mercklich Verdächtigkeit künfftiges Ubels/ als obstehet/ sondern mit Rath der Rechtsverständigen beschehen. Und soll solcher Gefangen in dem Gericht/ darinn er also beklagt und überwunden wird/ enthalten werden. Und wo er sich von seinen selbst Gütern in solcher Gefängniß zu enthalten nicht vermöchte/ so soll alsdann durch den Ankläger/ zu seiner Enthaltnüß/ dem Büttel sein gebührlich Wartgeld nach Ermessung des Richters gegeben werden/ und er der Ankläger derhalb ziemlich Bestand thun. Wo nun der Ankläger

ger solchen Kosten auch nicht vermöchte/ soll die Obrigkeit denselben Kosten tragen. So aber der gemeldte Gefangene in demselben oder andern Gerichten an seinen Gütern als viel hätte/ davon obgemeldte sein Enthaltung und Verwahrung gar oder zum Theil beschehen könte/ die sollen zu derselben Unterhaltung/ ohn der Obrigkeit Verhinderung/ gebraucht werden.

Ad Art. CLXXVI.

Posit. I.

URphedae religionem violans quomodo hodie puniatur, supra *ad art. 108.* dictum est.

II. Qui vero vindictam vel damnum minatur, si talis sit, de quo executio minarum praesumi debeat, ad cautionem de non offendendo praestandam adigendus est, *vid. Francisci Herculani tract. de cautione de non offendendo.*

III. Quodsi tantum in bonis non habeat, quantum ad praestandam securitatem sufficit, in carcere detineri, suisque sumtibus ali debet; si alibi bona habeat, magistratus ejus loci sine mora ea exhibere tenetur.

IV. Si egenus sit, accusator eum sustentare et desuper cavere tenetur; Bestand enim heic idem, quod Vorstand/ denotat.

V. Si & accusator alimentis ei praestandis par non sit, magistratui onus alendi incumbit. Hodie plerumque qui minas spargunt, in ergasterium vel ad operas publicas ablegantur.

VI. Quamdiu cautio praestari, vel in vinculis comminator detineri debeat, judicis arbitrio relinquitur, quod inde dependet, an omnimoda animi emendatio secuta sit.

VII. Qui praestita cautione minas nihilominus exequitur, carceri etiam mancipatur, et laeso ex cautione satisfit.

VIII.

VIII. Committitur quoque cautio, si quis ejus, contra quem minas sparsit, liberos, cognatos, conjugem, domesticos, violet, modo ejus intuitu id faciat, neque aliam offensionis causam docere possit, *vid. Blumblacher ad Const. Crim. h. Art. 176. n. 5. & 6.*

ART. CLXXVII.

Von Straff der Förderung/ Hülff und Beystand der Mißthäter.

SO jemand einem Mißthäter zu Ubung einer Mißthat/ wissentlich und gefährlicher weiß einigerley Hülff/ Beystand/ oder Förderung/ wie das alles Nahmen hat/ thut/ ist Peinlich zu straffen/ als vorstehet: aber in einem Fall anderst/ dann in dem andern. Darum sollen in diesen Fällen die Urtheiler mit Berichtung der Verhandlung/ auch wie solches an Leib/ oder Leben soll gestrafft werden/ als obstehet/ Raths pflegen.

Art. CLXXIIX.

Straff unterstandener Missethat.

SO sich jemand einer Missethat mit etlichen/ scheinlichen Wercken/ die zu Vollbringung derselben Missethat dienstlich seyn mögen/ unterstehet/ und doch an Vollbringung derselben Missethat durch andere Mittel wider seinen Willen verhindert wird/ solcher böser Will/ daraus etliche Werck/ als obstehet/ folgen/ ist Peinlich zu straffen/ aber in einem Fall härter dann in dem andern/ angesehen Gelegenheit und Gestalt der Sachen. Darum sollen solcher Straff halben die Urtheiler/ wie hernach stehet/ Raths pflegen/ wie die an Leib oder Leben zuthun gebühret.

Ad Art. CLXXVII. & CLXXIIX.

Posit. I.

AUxilio delinquenti praestito, pœna arbitraria pro ratione doli, damni & similium, diversa imponitur.

II. Ubi

II. Ubi quoque respici solet, an opem ferens, emolumenti particeps factus sit, an ex conventione præcedente suppetias tulerit, an auxilium ante vel post; an in ipso delicto praestitum sit, an id in actu immediate ad delictum formaliter cooperativo, an remoto consistat, *conf. Carpz. Pract. Crim. Q. 22. n. 31. Q. 37. n. 59. sqq. Q. 42. n. 67. Q. 87. per tot. Q. 89. n. 48. - 60.*

III. Pœna conatus aliquando nulla est, si conatus in facta illicita non eruperit, & delinquens sponte a consummatione abhorruerit. Dixi luculenter *posit. Jur. div. 21. - 36. Cap. II.*

IV. Regulariter extraordinaria est, si vel conatus in factum turpe, delicti consummationem antecedens processerit, sed delinquens sponte a consummatione abstinuerit, vel quis in exordio delicti, quamvis hucusque innocente deprehensus, & ab alio, quo minus scelus perficeret, impeditus sit.

V. Prioris exemplum notatu dignum supra *art. 118.* occurrebat, *add. posit. 82. sq. Inst. de publ. Judic.*

VI. Posterioris casus in attentatione furti, stupri violenti, adulterii, aliorumque criminum frequentissimi sunt, & de iis Carolus Imperator *Art. 178.* loquitur.

VII. Denique aliquando pœna conatús ordinaria est, qua de re egi *posit. 17. sqq. Inst. de publ. Judic.*

ART. CLXXIX.

Von Ubelthätern/ die Jugend- oder anderer Sachen halben ihre Sinn nicht haben.

WUrd von iemand/ der Jugend- oder ander Gebrechligkeit halben wissentlich seine Sinn nicht hätte/ ein Ubelthat begangen/ das soll mit allen Umständen an den Orten und Enden/ wie zu Ende dieser unser Ordnung angezeigt/ gelangen/ und nach Rath derselben und andrer Verständigen darinn gehandelt oder gestrafft werden.

AD ART. CLXXIX.

Posit. 1.

IN criminibus proœresis utramque paginam constituit; qui itaque agit, quod lege prohibetur, ei, nisi sciens volens egerit, vel omnino, vel ex parte parcendum est.

II. Infans itaque actus aliorum innocenter (i. e. de effectibus & moralitate actionis non informatus) imitando, delinquens non punitur, v. g. Si alium infantem jugulet, suspendat, sclopeto transfigat &c.

III. Infantia major, sed eidem propior delinquens quadantenus castigari potest, sed proprie non puniri.

IV. De pubertati proximo et minorenni vero supra *ad Art. 164.* diximus.

V. Furiosus & mente omnino captus pœnæ non subjacet, quia actiones ejus pro humanis haberi, & culpa ei imputari non possunt.

VI. Melancholia gradus suos habet, & terminos. Aliquando tanta est, ut omnimodam mentis alienationem involvat, quales homines aliquando a spiritu immundo regi creduntur.

VII. Quamvis enim dæmoniacos dari non omnino negem, sæpe tamen extremum melancholiæ gradum eorum speciem referre, certissimum est.

VIII. Aliquando libertatem actionum humanarum vehementer supprimit, aut ad aliquid valde stimulat adigitque, vel a præceptis retrahit.

IX. Aliquando in objectum certum defigitur, quam respectivam vocant; neque enim rationis usum imminuit vel supprimit, nisi quando subjectum istud vel sensibus externis, vel animo exhibetur, de qua eleganter philosophatus est Jo. Barclajus

jus *in Argenide p. 98. sq.* et comparari meretur Responsum Medicum, *a Dn. Frid. Jac. Ludovici annotationibus ipsius ad Constitut. Crimin. art. 179. insertum.*

X. Melancholiam summi gradus a pœna excusare, sed & intermediam et respectivam eandem imminuere, in abstracto certum est.

XI. Id saltem quæritur, an judex, quando melancholiæ vestigia ex actis judicialibus non perspicit, ex officio medici consilium desuper requirere teneatur?

XII. Scil. non quærimus, an mentis abalienatio præsumi debeat.

XIII. Neque, an in quolibet delicto ad indagationem, utrum delinquens mentis compos sit, procedi debeat, sed tantum in criminibus extremè temerariis, quorum causam vel finem perspicere nemo potest.

XIV. In hoc vero argumento Collegia Lipsiensia a Witebergensibus, ut in plerisque aliis decisionibus criminalibus, dissident: ita enim illa in causa inquisitionis contra Sabinen Kölerin ad requisitionem prætor. Freiberg. pronunciarunt: Hat Inquisitin einen von ihren Söhnen/ 16. Jahr alt/ weil er wegen eines Schadens am Fusse ihr auf der Reise nicht folgen können/ die Hände gebunden/ und denselben auf freyen Felde erwürget;

Ob nun wohl diese grausame That so beschaffen/ daß man dergleichen von einem Menschen/ der den Gebrauch seiner gesunden Vernunfft hat/ nicht wohl vermuthen kan/ indem die Ursache/ welche Inquisitin zum Zorn und Ermordung bewogen/ so gar geringe und unerheblich ist/ etc. Bey welcher Bewandnüß/ als ob sie aus sonderlicher Verletzung ihrer Phantasie gegen ihre Kinder also verfahren/ es das Ansehen gewinnet; Dieweil aber dennoch von Inquisitin weder vor der That/ noch hernach etwas/ daraus ein Verdacht einer Schwermüthigkeit zu schöpffen/ beschehen; Und ihr Vater selbst bezeuget/ daß man an ihr dergleichen niemahls vermercket/ weder sonst

eine Ursache erscheinet / woraus man eine Kranckheit und daherrührende læsionem phantasiæ vermuthen möchte / sie auch ihren bösen Vorsatz bekennet/durch GOttes Verhängnüß und des bösen Geistes Eingebung aber die bey einem Menschen befindliche Boßheit des Hertzens dahin gar wohl anwachsen kan/ daß er ohne sonderliche Ursache/ die ihn dazu reitzen möchte/ aus blossem Frevel/ Ungedult/ oder andern bösen Affecten/ Mord/ und dergleichen schwere Laster vorsetzlich begehet: Dannenhero aus Beschaffenheit einer That/ allein ohne andern Argwohn auf eine Amentiam oder Verderbnüß der Phantasie so schlechter dinges keine Vermuthung zu nehmen/ etc. Verum aliter visum est Vitembergensibus, ut scil. Medicus ream diligenter, num quo mentis morbo laboret, exploraret.

XV. Præstructo enim, quod in causis sangvinis judex omnia, quæ ad pœnam excludendam vel mitigandam faciunt, ex officio perquirere teneatur, non perspicio rationem, quæ obligationem inquirendi, an delinquens sanæ mentis sit, ipsi remittat.

XVI. Et latius de hoc argumento egi *in programmate, Disputationi inaugurali Dn. Jo. Frider. Schlegelii, adjecto, anno 1712.*

ART. CLXXX.

So ein Hüter der Peinlichen Gefängnüß einem Gefangenen aushilfft.

SO ein Hüter der Peinlichen Gefängnüß einem/ der Peinliche Straff verwürcket/ aushilfft/ der hat dieselb Peinliche Straff an statt des Ubelthäters / den er also ausgelassen / verwürcket. Käme aber der Gefangene durch bemeldtes Hüters Unfleiß aus dem Gefängnüß / solcher Unfleiß ist nach der Gestalt der Sachen und Rath/ so an den Orten/ als hernach folget/ gepflogen wird / zu straffen.

AD

Ad Art. CLXXX.

Posit. I.

COmmentarienſis incarceratum doloſe dimittens, eique fugæ ſubſidium præbens, eadem pœna plectitur, quam delinquens per fugam evitavit.

II. At ſi reus culpa cuſtodis elabatur, cuſtos arbitrarie, puta, carcere ad 2. vel 3. hebdomadas, aut mulcta pro gradu culpæ, aliquando & relegatione punitur.

III. Et quidem talionis pœnam certo modo etiam jus Saxonicum Commune confirmat, **Landr.** *Lib. 3. Art. 9.* ſed praxis eam rarius uſurpat, vid. *Carpz. quæſt. CXI. n. 84. uſque ad fin.*

Art. CLXXXI.

Vom Amt des Gerichtſchreibers in Peinlichem Proceß.

EIn jeder Gerichtſchreiber ſoll in Peinlichen Sachen/ bey ſeiner Pflicht/ alle Handlung/ ſo Peinlicher Klag und Antwort halben geſchicht/ gar eigentlich/ unterſchiedlich und ordentlich auffſchreiben. Und nemlich ſoll die Klag des Anklägers vor dem Verbürgen/ das über den Beklagten geſchicht/ oder aber wo der Ankläger nicht Bürgen/ und derhalben gefänglich bey dem Beklagten verhafft wäre/ in allweg zuvor auffgeſchrieben werden/ ehe denn Peinliche Frag oder Peinliche Handlung gegen dem Beklagten geübt wird: Und ſoll ſolches alles zum wenigſten vor dem Richter/ oder ſeinem Verweſer/ und Zweyen des Gerichts beſchehen/ und bemeldte Beſchreibung durch den Gerichtsſchreiber deſſelben Gerichts ordentlich und unterſchiedlich gethan werden: Darnach ſoll beſchrieben werden/ ob/ und wie der Ankläger ſeiner Klag halb/ laut dieſer unſer Ordnung zum Rechten verbürget/ oder wo er nicht Bürgen gehaben mag/ ob und wie er ſich um Vollführung willen des Rechtens gefänglich hat legen laſſen.

ART. CLXXXII.

Wie der Gerichtschreiber alles und jedes beschreiben/ und unterschreiben soll.

WEiter/ was der Beklagt zu solcher Klag zur Antwort gibt/ so er erstlich ohne Marter derhalben bespracht würde/ das soll auch nach derselben Klag beschrieben werden: und soll allwegen durch den Schreiber/ Jahr/ Tag/ und Stund/ darauf ein iede vor- oder nach-berührte Handlung beschicht/ auch wer iedesmahl dabey gewest sey/ gemeldt werden/ und er der Schreiber soll sich/ daß er solches gehört/ und beschrieben/ mit seinem Tauff- und Zunahmen selbst auch unterschreiben.

Art. CLXXXIII.

Wie der Gerichtschreiber der Ankläger Anzeigung/ oder Argwohn/ neben derselben Beweiß verzeichnen soll.

SO aber der Beklagt/ der Klag in seiner Antwort läugnet/ und dem Ankläger/ der bekannten Missethat halben/ redliche Anzeigung (wie vor von solcher redlichen Anzeigung gesetzt ist) fürzubringen gebühret/ was dann der Ankläger derselben Anzeigung/ oder Argwohnung halben/ vor dem Gericht/ oder verordneten Schöffen fürbringen/ Auch was solcher fürbrachten Anzeigung/ nach laut dieser Ordnung/ bewiesen wird/ soll alles eigentlich/ wie vor gemeldt ist/ beschrieben werden.

ART. CLXXXIV.

Wie der Gerichtschreiber auch des Angeklagten Nothdurfft und Antwort soll verzeichnen.

WO dann/ nach laut dieser unser und des Reichs Ordnung/ redliche Anzeigung und Verdacht der Missethat bewiesen/ erkant

und

und darzu komt/ daß man alsdann/ laut dieser unser Ordnung/ den Gefangenen erstlich ohne Marter/ und mit Bedräuung derselben/ bespreche/ auch zu Ausführung seiner Unschuld ermahnen soll/ was dann daselbst gefragt/ ermahnet/ und endlich geantwortet/ auch was darauf/ alles nach laut dieser unser und des Reichs Ordnung erfahren und erkündiget wird/ soll alles/ wie obstehet/ auch beschrieben werden.

Art. CLXXXV.

Wie der Gerichtschreiber des Angeklagten Bekäntnüß auffzeichnen soll.

UNd so es zu der Peinlichen Frag komt/ was dann der Beklagt dadurch bekennt / auch was er bekannter That halben unterschiedlich saget/ die zu Erfahrung der Warheit/ wie in dieser unser Ordnung davon gesetzt/ dienstlich und fürträglich seyn/ und was fürter auch nach laut dieser unser Ordnung von Erfahrung der Warheit darauf gehandelt und erfunden wird/ das alles und jedes insonderheit soll der Gerichtschreiber ordentlich und unterschiedlich nach einander beschreiben.

ART. CLXXXVI.

Wie der Gerichtschreiber den Beweiß verzeichnen soll.

WUrde aber der Beklagt auf seinem Verneinen der Klag bestehen/ und der Ankläger die Hauptsach der Missethat/ nach laut dieser Ordnung weisen wolt/ so viel sich denn derhalb in demselben Gericht zu handeln gebührt/ das soll der Gerichtschreiber auch/ wie obstehet/ fleißig beschreiben. So aber deshalb vorgemeldte Obrigkeit Commissarien geben/ die sollen das/ so vor ihnen gehandelt wird/ auch alles und wie sich gebührt/ beschreiben lassen.

ART.

Art. CLXXXVII.

Daß der Gerichtschreiber des Angeklagten Entschuldigung verzeichnen soll.

WO aber der Beklagt der That bekennet/ und doch solche Ursachen / die ihn von der That entschuldigen möchten/ anzeiget/ dasselbig/ auch alle Uhrkund/ Kundschafft/ Weisung/ Erfahrung/ und Erfindung derhalb/ soll auch/ so viel sich in demselben Peinlichen Gericht zu handeln gebühret/ und sonst alles/ wie obstehet/ beschrieben werden.

Art. CLXXXIIX.

Daß der Gerichtschreiber/ wie die Klag an den Richter kommen/ verzeichnen soll.

OB aber die Klag von Amtswegen herkäme/ und nicht von sonderlichen Anklägern geschehe/ wie dann die Klag an den Richter kommen/ auch was der Beklagte darzu antwortet/ und was fürter in allen Stücken/ nach laut dieser unser Ordnung/ deshalb gehandelt wird / soll/ wie oben im andern Fall des Anklägers halben gemeldet ist/ beschrieben werden.

ART. CLXXXIX.

Daß der Gerichtschreiber alles fleißig in Ordnung bringe/ und darneben verschwiegen sey.

UNd soll die Beschreibung aller obberührten Handlung/ sie geschehe von Amtswegen oder auf Anklage / durch einen jeden Gerichtschreiber der Peinlichen Gericht/ vorgemeldter massen/ gar fleißig und unterschiedlich nach einander/ und Libells-weiß geschrieben werden/ und allweg bey ieder Handlung/ wann die geschehen ist/ Jahr/ Tag und Stunde/ auch wer dabey gewesen sey/ melden. Darzu soll sich der Schreiber selbst auch/ wie obstehet/ dermassen unterschreiben/ daß

daß er solches alles gehört und geschrieben habe/ damit auff solche förmliche/ gründliche Beschreibung/ stattlich und sicherlich geurtheilet/ oder wo es Noth thun würde/ daraus nach aller Nothdurfft gerathschlagt werden möge. In solchem allem soll ein jeder Gerichtschreiber bey seiner Pflicht/ als vorstehet/ allen möglichen Fleiß thun/ auch was gehandelt ist/ in Geheim halten/ und des alles nach laut seiner Pflicht verbunden seyn. Und soll solch Gerichts-Buch oder Libell/ allwege nach Endung des Gerichts-Tags beschlossen und verwahret gehalten werden.

Ad Art. CLXXXI-CLXXXIX.

Posit. I.

Hic officium actuarii incipit, quod abhinc usque ad art. 203. continuatur.

II. Id summatim in eo consistit, ut omnia circa accusationem et defensionem gesta, fideliter verbis convenientibus & perspicuis, distincte item et ordinate consignentur.

III. Scil. 1) actis inserenda sunt accusatio, deinde accusantis cautio, aut, ea non praestita, ejus incarceratio.

IV. Ea vero negotia & sequentia omnia praesente judice & scabinis, minimum duobus, vor besetzter Gerichts-Banck/ peragenda et consignanda sunt, quam ob rem scabini hodie plerumque Registraturas simul subscribunt.

V. Deinde 2) consignanda est rei responsio in loco judicii ante torturam ejusque comminationem factam, *Art. 182.*

VI. Singulis registraturis annus, dies et hora negotii peracti, nec non designatio personarum, quae cuique actui interfuerunt, denique subscriptio nominis et cognominis Actuarii addi debet. *dict. Art. 182. et 189.*

VII. 3) Eorum, quae ab accusato negantur, indicia, prout ea accusator proponit, et probandi media suppeditat. *Art. 183.*

VIII. 4) Accusati examen vel sub, vel sine commination torturae factum, ejusdem depositio, exceptiones, & similia. *Art. 184. & 187.*

IX. 5) Actus torturae, ejus gradus, & rei in singulis confessio vel negatio, item excusatio et argumenta defensionis cum probatione. *vid. Georg. Käyser Prax. Criminal. passim.*

X. 6) Accusatoris probatio causae principalis, si coram judice sive commissariis peragatur, *Art. 186.*

XI. Eadem omnia pro re nata in processu inquisitionis ab Actuario etiam observanda sunt.

XII. Quin & minutas circumstantias omnes, quæ quidem causam istam respiciunt, ad Acta transscribere præstat, neque enim adeo nocent superfluorum adjectio, quam omissio necessariorum.

XIII. Scripta denique, quae exhibentur, omnia actis adjicienda et in foris, ubi acta consuuntur, ordine legitimo compingenda sunt, ne amittantur, vel pereant, indeque fides actorum vacillet, aut mora in momentis denuo exquirendis interjiciatur.

XIV. Tandem taciturnitas in negotio praesenti ab actuario exigitur, ne, quae geruntur, temere propalatis, vel reus fugam arripiat, vel informatus animum contra metum torturae obfirmet, vel testes corrumpat, aut cum accusante colludat, et similia, *Art. 189.*

Art. CXC.

Wie der Gerichtschreiber die endlich Urtheil/ der Tod-straff halben/ formieren soll.

So nach laut dieser unser und des heiligen Reichs Ordnung ein Ubelthat warhafftig erfunden oder überwunden/ und deshalben so weit kommen ist/ daß die endlich Urtheil derhalben zum Tod/ wie

die

die vorgemeldter massen/ nach laut dieser unser Ordnung/ geschehen sollen/ beschlossen ist: So soll alsdann der Gerichtschreiber die Urtheil beschreiben/ und ungefährlich nachfolgender Meynung im Ausschreiben formieren/ damit er die also auf den endlichen Rechts-Tag/ wie in dem 94. Articul/ anfahend/ Item/ auf obgemeldte/ etc. von Oeffnung solcher endlichen Urtheilen geschrieben stehet/ aus Befehl des Richters öffentlich verlesen.

ART. CXCI.

Ein sonderliche Erinnerung.

WO in den nechst nachgesetzten Articul ein B. stehet/ da soll der Gerichtschreiber in Formierung und Beschreibung der Urtheil den Nahmen des Ubelthäters benennen. Aber bey dem C. soll er die Ubelthat kürtzlich melden.

ART. CXCII.

Einführung einer ieden Urtheil zum Todt oder ewigen Gefängnüß.

AUf Klag/ Antwort und alles gerichtlich Fürbringen/ auch nothdürfftige/ warhafftige Erfahrung und Erfindung/ so deshalben alles/ nach laut Käyser Carls des Fünfften und des heiligen Reichs Ordnung/ geschehen: Ist durch die Urtheiler und Schöffen dieses Gerichts/ endlich zu Recht erkannt/ daß B. so gegenwärtig vor diesem Gericht stehet/ der Ubelthat halben/ so er mit C. geübt hat/ ꝛc.

Merck die nachfolgende Beschlüß einer jeden Urtheil.

Zum Feuer.

Mit dem Feuer vom Leben zum Todt gestrafft werden soll.

Zum Schwerdt.

Mit dem Schwerdt vom Leben zum Todt gestrafft werden soll.

Zur Viertheilung.

Durch seinen gantzen Leib in vier Stücken zerschnitten/ und zerhauen/ und also zum Todt gestrafft werden soll: und sollen solche vier Theil auf gemeine vier Weg-strassen öffentlich gehangen und gesteckt werden.

Zum Rade.

Mit dem Rad durch Zerstossung seiner Glieder / vom Leben zum Todt gericht/ und fürter öffentlich darauf gelegt werden soll.

Zum Galgen.

An dem Galgen mit dem Strang oder Ketten vom Leben zum Todt gericht werden soll.

Zum ertränken.

Mit dem Wasser vom Leben zum Todt gestrafft werden soll.

Vom lebendigen vergraben.

Lebendig vergraben/, und gepfält werden soll.

ART. CXCIII.

Vom Schleiffen.

WO durch diese vorgemeldte endliche Urtheil einer zum Todt erkennt/ beschlossen würde/ daß der Ubelthäter an die Richtstatt geschleifft werden soll/ so sollen die nachfolgenden Wörtlein/ an der andern Urtheil/ wie obstehet/ auch hangen/ also lautend/ und soll darzu auf die Richtstatt durch die unvernünfftigen Thier geschleifft werden.

ART.

Art. CXCIV.

Von reissen mit glüenden Zangen.

Würde aber beschlossen/ daß die verurtheilete Person vor der Tödtung mit glüenden Zangen gerissen werden solte/ so sollen die nachfolgenden Wörter weiter in der Urtheil stehen/ also lautend: Und soll darzu vor der endlichen Tödtung/ öffentlich auf einem Wagen/ biß zu der Richtstatt/ umgeführt/ und der Leib mit glüenden Zangen gerissen werden/ nemlich mit N. grieffen.

ART. CXCV.

Formierung der Urtheil/ eines sorglichen Manns im Gefängnüß zu verwahren.

